



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



Mus. Bibl.

II.

68.



8. 2. 2. 2. 2.

11

P. E. 52. Jur.

J O H A N N I S
D E
F O R D U N
S C O T I C H R O N I C O N
G E N U I N U M,

Una cum ejusdem
Supplemento ac Continuatione.

E Codicibus MSS. eruit ediditque
T H O. H E A R N I U S,
Qui & Appendicem subjunxit, totumque opus
(in quinque Volumina distinctum)
Præfatione atque Indicibus adornavit.

O X O N I I,
E T H E A T R O S H E L D O N I A N O,
M. DCC. XXII.



H O C

O P E R E

CONTINENTUR,

- I. Editoris Præfatio. Pag. x.
- II. Johannis de Fordun Scotichronicon. Pag. 1. 638.
- III. Johannis de Fordun Scotichronici Supplementum. 550.
- IV. Johannis de Fordun Scotichronici Continuatio, per Walterum Bowerum. 1063.
- V. Viri clarissimi Thomæ Galei Epitaphium. 1371.
- VI. An Account of Fordun from Bp. Nicolson's Scottish Historical Library. 1373.
- VII. De Forduno, è Præfatione V. cl. Thomæ Galei ad *Historia Britannica, Saxonica, Anglo-Danica Scriptores* xv. 1392.
- VIII. Walteri Boweri Prologus in Scotichronicon. 1393.
- IX. A praier, or meditation, in the worship of the passion. 1397.
- X. The pardon of the Monastery of Shene, whiche is Hyon. 1399.
- XI. } Icones binæ, generis humani lapsum,
- XII. } ejusdemque per Salvatorem restitutionem,

- nem, repræsentantes. E Codice MS. per-
veteri. 1402.
- XIII. Walteri Boweri Præfatiuncula in Scoti-
chronicon. 1403.
- XIV. De S. Edmundo, Archiepiscopo Cantua-
riensi, Epistolæ quædam. 1405.
- XV. Innocentii IV. Indulgentia xx. dierum ac-
cedentibus cum donariis ad Ecclesiam S. Au-
gustini Cantuariensem. 1420.
- XVI. Statuta ab Innocentio IV. ad cœnobium
S. Augustini Cantuariæ A. D. M. CC. LIII.
transmissa. 1422.
- XVII. *The History of Coventry.* 1438.
- XVIII. *An Account of what hath been written
about Robert II. out of Bp. Nicolson's
Scottish Historical Library.* 1475.
- XIX. Charta authentica Roberti Seneschalli
Scotiæ ex Archivo Collegii Scotorum Pari-
siensis edita, cum Observationibus Histo-
ricis, quibus Regiæ STUARTORVM stirpis
natales ab iniusta labe vindicantur. 1479.
- XX. *An Account of an old MS. in the Li-
brary of Thomas Jett, Esq. with an old
Chronology out of it.* 1534.
- XXI. De Joanne Forduno, è cl. Seldeni Præfa-
tione ad X. Scriptores. 1544.
- XXII. Tabula Monasteriorum, &c. Scotiæ.
1551.
- XXIII. Tabula regum Scotiæ à Malcolmno Kan-
nemore usque Jacobum tertium inclusive.
1561.
- XXIV.

Series Contentorum.

v

- XXIV. Auſtarium Scotichronici, five Notæ
Historicæ de Jacobo II. Rege Scotiæ. 1561.
- XXV. De Johanne Anglico, Papa quidem Ro-
mano, licet re vera femina. 1568.
- XXVI. Roberti Baſtoni, fratris Carmelitici,
Metra de illuſtri bello de Bannockburn.
1570.
- XXVII. Index Auſtorum. 1576.
- XXVIII. Index Rerum. 1579.
- XXIX. Operum noſtrorum hæcenus impref-
ſorum Catalogus.

Eorum,

Eorum, quæ per singulas Sectiones in
 Editoris Præfatione tractantur,
 S Y L L A B U S.

INter amicos nostros eruditos Rogerus Galeus numerandus. §. 1. Qui Johannis de Fordun Codicem MS. eo consilio nobiscum communicavit, ut integrum ederem. §. 2. Falluntur illi, qui Codicem hunc mancum esse putant. Bibliothecæ historicæ Auctoris prævum de Lelandi Itinerario iudicium. §. 3. Quanam de causa Fordunum integrum non ediderit Galeus. Diu post annum M.CCC.LXXXV. superstes fuisse videtur Fordunus. §. 4. Omnia, quæ sequuntur librum quintum, Waltero Bowero adscribenda, si fides quibusdam. §. 5. Quorum opinionem firmat Codex Regius Westmonasterii. §. 6. Cui respondet Codex Harleyanus, in quo tamen Boweri desideratur nomen. Interpolationes suas ita textui immiscuit Bowerus, ut à se invicem internosci, absque collatione cum fœtu Forduni genuino, quem edimus, non possint. §. 7. E quo fœtu genuino manifestum etiam erit, longe plura quam quinque libros litteris consignasse Fordunum. §. 8. Quem quidem è Bowero supplevimus & continuavimus, licet ejusdem interpolationes omittere visum sit. De S. Patricii Purgatorio ex hisce interpolationibus excerptum. §. 9. Uti & aliud de eodem Purgatorio excerptum è Codice quodam Rawlinsoniano,

ano, §. 10. Henrico VI. regnante, ut videtur, con-
 texto. Regis hujus superstitio & credulitas. §. 11.
 Unde variae mutationes, quæ & ansam Reforma-
 tioni præbuerunt. Clarorum virorum nomina è Ca-
 lendaris male ejecta. §. 12. Eorundem igitur resti-
 tutio optanda. Vis ingens Calendariorum antiquo-
 rum, quæ tamen omnia inter se invicem discrepant.
 §. 13. At maxima admiratione dignum est penes
 nos Calendarium Fleetwoodianum. §. 14. Etsi Bow-
 eri missas fecimus interpolationes, maximo tamen
 nobis adjumento fuit Codex Harleyanus, à Magno
 Makcullocho scriptus, perperam à Dempstero inter
 Historiæ Scoticæ auctores numerato. §. 15. Quoniam
 anno scribere inceperit Boverus. Scotichronico hocce
 admodum delectabatur D. Thomas Fairfax. §. 16.
 Boverus ob oculos habuit inter scribendum multos
 auctores, aliarum etiam gentium præter Scotiæ hi-
 storias complectentes, è quibus perplura decerpfit ad
 rem Fordunianam neutiquam spectantia. Atque hinc
 liber VII. de Carolo Magno, rebusque nescio quibus
 mirabilibus, rectissime à nobis prætermisus. §. 17.
 Miles inclytus, David Stewartus, aliarum gentium
 pariter ac Scotiæ historiis delectatus. Davidem hunc
 Præceptorem, sicut & ipsum Fordunum, Magistrum
 suum appellat Boverus. §. 18. Male existimant non-
 nulli, Boveri Prologum jam ipso Forduno vivente
 scriptum fuisse. §. 19. Fordunus noster Presbyter
 factus, quamvis in Scholis non graduatus. Res
 multas historicas in Anglia degens didicit, quarum
 plerasque Bovero discipulo suo impertit. §. 20. In

eo erravit Boverus, quod Matildem Bonam per Londinum nudam equitasse narraverit. §. 21. Nec minus absurde ea de caussa bonam cognominatam fuisse Matildem finxit. Leofrici uxor Godiva cruribus divaricatis per Coventriam nuda equitavit. Nova mulierum equitandi consuetudo per Annam, Richardi II. uxorem, primùm introducta. §. 22. Annæ ejusdem virtutes. Tabula Londoniensis, à Forduno commemorata, qualis. §. 23. Ea quæ in Anglia didicerat gratus Amicis agnovit Fordunus, quippe quæ in Chronico suo magno erant usui. §. 24. Supplementum Scotichronici magna ex parte è pugillaribus Fordunianis decerpit Boverus. In Prologo Boveriano male innui, libros quinque duntaxat scripsisse Fordunum, è Codice manifestum est Harleyano. §. 25. Muri Pictici reliquias investigat Fordunus. §. 26. Ubi in lapides antiquos, inscriptionibus signatos, incidit. Veterum sepulchra temporaria. FavonI Jocundi testamentum. Arx Eboracensis, in qua hospitabatur Severus. Præstantia monumenti Arthuri regis Glastonie, pariter atque Apollinis Sagittarii Stunsfeldie. §. 27. Incidit etiam Fordunus in nummos vetustos, dum muri Pictici reliquias exploraret. Nummi Peckiani penes editorem. Stellaturæ veterum. Nummi absque litteris S. C. dissentiente Senatu percussi. Imagines Nobilitatis insignia. §. 28. In Scotiam redux, & de rebus à se observatis sermonem habens Fordunus, differit forte fortuna de chartis antiquis librisque veterum. §. 29. Chartarum veterum mentio fecit, ut de Rotulis itidem differeret. §. 30.

In

In Rotulas aliquot, quædam irrepserunt veritati dissona. §. 31. Rotulam unam atque alteram Forduno forte ostenderant malevoli, Joannem (postea Robertum tertium) filium fuisse Roberti II. illegitimum minus recte contendentes. §. 32. Hac de re verba Forduni atque Boweri. §. 33. E Rotulis magna ex parte historiam suam deduxit Fordunus. Rotulis certe nulla fides habenda, si ipsis contrariæ sint chartæ authenticæ. §. 34. Libri multi, in quibus calumniæ de Roberto II. ipsiusque conjugæ Elizabetha refelluntur, è quibus illum duntaxat recudendum censuimus Parisiis editum. §. 35. Verisimiliter, ut videtur, suggestit Editor Parisiensis, ex Euphemia, non ex Elizabetha, liberos illos spurios, de quibus Historici, Roberto natos fuisse. Auctoris nostri verba ita possunt intelligi, ut nihil in iisdem erroris contineatur. §. 36. Codicis nostri Galeani, qui ad Hectorem Boëtium aliquando pertinuit, præstantia. §. 37. Codex noster eo magis æstimandus, quod lituræ per plures in eodem conspiciantur, Auctori ipsi, ut videtur, tribuendæ. §. 38. Codex Bibliothecæ Cottonianæ, de quo Seldenus, imperfectus, neque tanti quanti noster faciendus. §. 39. Non obstante imperitia nostra, neque oleum neque operam, ut videtur, in Codice Galeano edendo, perdidimus. §. 40. Quamvis Scotichronicon appelletur hocce opus, alium tamen titulum indidisse videtur ipse auctor. §. 41. Ex erroribus nostris non est, quod ad summitatem paginarum post librum quintum libri nota ubique desideretur. De Appendice nostra. §. 42.



THO. HEARNIUS
LECTORI.

Inter
amicos
nostros
eruditos
Rogerus
Galeus
nume-
randus.

§.I.



ODICES ma-
nuscriptos quan-
topere desidera-
verim, fatis de-
clarant, ni fallor,
tot a nobis e Bibliotheca Bodlei-
ana edita monumenta, cujus
fane omnes thesauros paucis ab-
hinc annis collustravi oculis,
quamplurima in eisdem ani-
madvertens digna memoria.
Quinimmo hoc quoque confir-
mant

mant reliquiæ, e Bibliothecis privatis a nobis itidem juris factæ publici, ab amicis nimirum eruditis communicatæ, simul atque vidissent, nos, ludibria fortunæ multasque rerum vicissitudines expertos, tanta cum diligentia (ne animus per otium relangueretur) libros vetustos quærere, (nec tamen unquam vana magnaue librorum pompa gavisi sumus) sepulchraque septa undique, & vestita vepribus & dumetis, indagare. Atque inter hos amicos censendus est Rogerus Galeus, viri celeberrimi Thomæ Galei, Decani Eboracensis (qui, vigiliis & curis vires corporis labefactantibus, ¹ A.D.

1. Vide Appendicem ad hoc opus, num. I.

M.DCC.II. cum ingenti doctorum
mœrore, decessit) filius pereru-
ditus, qui Codicem manuscri-
ptum nobis transmifit, Johannis
de Fordun (qui & *Johannes Scot*,
five *Scotus*, cognomento *Fordon* vo-
catur) Scotichronicon conti-
nentem.

Qui Johannis de
Fordun Codicem
MS. eo confilio no-
bifcum communi-
cavit, ut integrum
ederem.

§. 2. Hunc Codicem ut
accepi femel atque ite-
rum (pufillum laxamenti
nactus) pervolvi, tandem-
que (iis expeditis quæ me im-
pedierunt, quin & viris doctif-
simis atque clariffimis hortanti-
bus vehementerque obteftanti-
bus, in quorum fententiam eun-
dum effe non dubitabis) inte-
grum edere decrevi. Nec qui-
dem alio confilio communicavit
Ro-

Rogerus Galeus, qui optime sciebat, patrem suum partem tantummodo ejusdem divulgasse; gnarus etiam, in hac quoque parte plures inesse mendas, non quidem patri, homini singulari eruditione ac non vulgari prudentia, sed scribarum, quibus usus est pater, oscitantiae tribuendas.

§. 3. Etsi autem partem duntaxat Codicis sui publico dederit vir cl. non defunt tamen qui afferant, MS. Galeanum mancum esse, neque ultra libri quinti capitulum undecimum (in quo desinit cl. Galei editio) progredi. In quibus & ipse Bibliothecæ Historicæ, quam vocat, Scoti-
Falluntur illi, qui Codicem hunc mancum esse putant. Bibliothecæ historicæ Auctoris pravum de Lelandi Itinerario judicium.
canæ

canæ auctor est numerandus ¹. At omnes falli ex ipsa Galei constat Præfatione ², in qua docuit, Joannem de Fordun ad media tempora Edvardi III. historiam suam deduxisse. Sed neutiquam mirandum est, Bibliothecæ Historicæ auctorem hac in re errasse, quum alibi mire cespitaverit, praveque etiam de Lelando (res nostras tractanti animo, & noctes & dies cogitanti,) judicaverit, cujus Itinerarium opus jejunum esse palam jactavit, e quo tamen Antiquarii plerique nostri permulta hauserrunt, bibliothecasque quasdam historicas quisquillas affaniasque plane esse existimarunt præ unico tanti viri fragmento.

¹. Vide Appendicem, num. II. ². Vide Appendicem, num. III.

§. 4. Si rogetur, quanam de caussa alias Scotichronici partes prætermiserit Galeus, illud respondendum est, eum (tunc temporis de iis tantum sollicitum, quæ ad Ante-Normannorum tempora pertinebant, quam ob rationem & Historiæ Elyensis partem solummodo primam in eodem edidit volumine) in aliud tempus distulisse; quippe qui unum alterumque præterea Historico-
rum volumen prelo mandare constituerat. Sed, quo minus quod destinaverat præstaret, alia negotia obstiterunt. Quibus negotiis tribuendum item est, mea opinione, (nam ipsum quotidie aliud ex alio impedi-
bat,) quod

Quanam de caussa Fordunum integrum non ediderit Galeus. Diu post annum M.CCC.LXXXV. superstes fuisse videtur Fordunus.

quod non satis aperte tempus, quo vixit auctor, designaverit; cujus tamen ætas e Codicibus, quibus usi sumus, facillime potest elici. Equidem recte monuit, recentiorem fuisse quam volunt plerique, qui sub rege Joanne ponunt, eundemque fuisse aiunt cum Joanne de Forda vel Fordeham, cœnobii Fordensis in agro Devonienfi abbate. At minus recte innuit, ultimam Operis periodum in annum M.CCC.LX. desinere, quum ad annum Christi M.CCC. LXXXV. five Richardi II. Angliæ regis, nonnum, quo regnante & se vixisse ipse testatus est¹ (id quod mirum est non notasse doctissimum Galeum) historiam deduxerit

For-

Fordunus, ut e Codice MS. Galeano liquet; quo quidem circiter anno ipsum re vera obiisse aliquando conjeceram, donec tandem meliora edoctus pro certo collegerim, ipsius discipulum Walterum Bowerum anno M.CCC.LXXXV. (non M.CCC.LXXXVII. cum Extractis e Scotichronico Gloverianis¹) natum fuisse, multosque postea annos superstitem fuisse Fordunum. Ita enim de se ipso Bowerus²: *Eodem anno [M. CCC. LXXXV.] ego ipse, qui hæc compegi, qui in primis quinque libris intitulatus sum scriptor, de utero matris natus sum in mundo.*

1. Penes collegium Fecialium Londini. in quibus Extractis hæc leguntur verba, ut è litteris mihi constat Amici doctissimi, Joannis Antis, Armigeri, Fecialium sane principis, & de studiis nostris optime meriti: *Anno M.CCC.LXXXVII. obiit Eufemia Regina Scotia. Natus est author hujus operis.* Recte tamen in Extractis dicitur, A. D. M.CCC.LXXXVII. obiisse Eufemiam.

2. Vide opus nostrum, p. 1067.

§. 5.

Omnia, quæ sequun-
tur librum quintum,
Waltero Bowero
adscribenda, si fides
quibusdam.

§. 5. Valde dolendum est,
Fordunum ante defun-
ctum esse quam Chronico
(certissimo peritiæ atque erudi-
tionis pignori) manum ultimam
adposuisset. Hoc si fecisset, par-
tes posteriores pariter atque
prioris in libros capitulaque
divisas videremus. Quæ divisio
quum desit, inde factum ut qui-
dam memoriæ prodiderint, For-
dunum libros quinque tantum
scripsisse, omniaque, quæ hosce
libros excipiunt, ab alio plane
esse auctore. Hinc ad initium
Codicis MS. in Bibliotheca regia
Westmonasterii, a manu admo-
dum recenti scriptum habemus:
*Scotichronicon inceptum per Johan-
nem de Fordun Aberdonensem Ca-
pella-*

pellanum, & completum per Walterum Bower Sancti Columbæ abbatem. 1447.

Quinque libros Fordun, undenos Bower arabat.

§. 6. Huic notæ congruum est, quod litteris rubris legitur ad initium ipsius Codicis, quem dixi, regii. Nam sic illic, ut certiolem me fecit Rogerus Galeus, quo his in rebus utor valde familiariter. *Incipit Prologus in librum Scoticonicon, inchoatum per bonæ memoriæ dominum Johannem Fordun, Capellanum Ecclesiæ Aberdonensis, nec non continuatum, compilatum, & completum per etiam bonæ memoriæ venerabilem in Christo patrem Walterum Bower, abbatem monasterii*

Quorum opinionem
firmat Codex regius
Westmonasterii.

Sancti Columbæ. Sunt & aliæ notæ in eodem Codice, quæ neuti- quam abludunt. Hinc ad finem Summarii libri primi scribitur: *Per sacræ memoriæ Johannem de Fordoun compilatus incipit Liber Scotichronicon. Usque sextum Codicem laus sua convaluit, Hinc ad finem operis alter onus subiit. Et ad calcem Indicis five Tabulæ rerum in toto opere comprehensarum:*

Hic hopus hoc fuit & scribere desinit Auctor,

Quod Scotichronicon jure vocare solet.

Continet iste liber actus, gestus venerandos,

Regum, Pontificum, sic procerum, populi.

Quinque libros Fordoun, undenos¹ auctor arabat,

Sic tibi clarescit sunt sedecim numero.

Ergo pro precibus petimus te Lector eorum

Ut sint Regnicoli scriptor uterque Poli.

1. Bower in marg. à manu D. Thomæ Fairfax, de quo infra §. 16.

Quæ carmina exstant etiam in Codice MS. egregio, quem (opere toto jam tantum non a me prelo parato) mutuo accepi e Bibliotheca Roberti Harleii Comitis de Oxonia, viri genere fama que longe clarissimi, opera prænobilis Domini Dⁿⁱ. Edvardi Harleii, ejusdem Comitis filii ac heredis, cujus magnis beneficiis me ornatum esse palam testor. In quo tamen Codice *Regnicolæ*, non *Regnicoli* legitur.

§. 7. Cujus quidem Codicis Harleyani idcirco fecimus mentionem, quod in hac nostra Forduni editione passim citetur, fedecimque etiam libros contineat, tam nimirum illos quos
For-

Cui respondet Codex Harleyanus, in quo tamen Boweri desideratur nomen. Interpolationes suas ita textui immiscuit Bowerus, ut à se invicem internosci absque collatione cum foetu Forduni genuino, quem edimus, non possint.

Forduno, quam & undecim illos quos Bowero tribuit Codex regius. Quamvis autem Forduni nomen diferte in eodem compareat, nullibi tamen Bowerus commemoratur. Quod quum perspexisset cl. Stillingfleetus (vel alius nescio quis eruditus) ad quem olim pertinebat, compertumque habuisset, Bowerum, utcunque nomen reticeatur, interpolatorem continuatoremque fuisse, a tergo ejusdem hanc inscriptionem characteribus aureis ac majusculis poni curavit: SCOTICRONICON · PER · JO · DE · FORDV · & · WALT · BOWER · *Interpolatorem* dixi, quia quinque libros, quos Forduni re vera esse concedit, passim interpolavit

vit Bowerus, id quod ipse monuit in Prologo (quem in Appendice¹ proferam;) cujus tamen interpolationes (si e Codice Harleyano judicium ferre licet) adeo sæpe confunduntur cum ipso Forduni textu, ut, quid scripserit auctor, nemo possit colligere, nisi editio nostra (quæ Forduni foetum genuinum exhibet) cum Codicibus interpolatis (in quibus & Ufferianus etiam est numerandus) diligenter conferatur. Itaque frustra obtendit Bowerus, se additiones sive interpolationes a Forduni textu accuratissime distinxisse, vocem *Scriba* suis præmittendo, Fordunianis vero *Autor*, quum voces

1. Vide Appendicem, num. IV.

istæ non raro interciderint, verbaque etiam Forduniana mire permultis in locis permutaverit Bowerus.

E quo foetu genuino manifestum etiam erit, longe pluraquam quinque libros litteris consignasse Fordunum.

§. 8. E quo pariter foetu genuino manifestum erit, longe plura quam quinque libros litteris consignasse Fordunum. Proinde hallucinantur illi, quos diximus, dum omnia hujus Scotichronici, præter quinque libros, Bowero adscribunt; uti & ipse quoque Bowerus erravit laudem tantam sibi assumendo, quæ plane alteri potissimum debetur. Neque fraudem minuit, quod significavit in Prologo, permulta in scriptis reliquisse Fordunum, quæ ipsi fuerunt adjumento, nisi in illis, quæ

quæ sequuntur librum quintum, expresse docuisset, quæ fuerint Forduni, eaque adamussim se junxisset. Rectius nimirum, nostra opinione, fecisset, si Fordunum ipsum, nudum interpolationibus, exscripsisset, & illa cuncta, quæ in chartis sive scedis repererat, nobiscum communicasset, eo pacto quo nos lectori tradimus: qui sane id operam dedimus, ut Fordunus lucem adspiciat, quantumvis pleraque illa, quæ librum quintum excipiunt, pro adversariis potius sint habenda, quam operis parte accuratissime digesta. Et tamen licet sint adversaria, præclara certe sunt, & quæ, quantum ad historicorum usum,

partes operis præcedentes adæquant, si non & ipsis in aliquam-
multis sint anteferenda.

Quem quidem è
Bowero supplevi-
mus & continuavi-
mus, licet ejusdem
interpolationes o-
mittere visum sit.
De S. Patricii Purga-
torio ex hisce inter-
polationibus excer-
ptum.

§. 9. Et jam proculdu-
bio, lector, compertum
habet, e re nostra non fu-
isse, ea coacervare, quæ
vel Bowerus, vel etiam a-
lii inferuerunt. Nempe propo-
situm nostrum est Fordunum
(summa prudentia virum) emit-
tere, non illos, qui ingenio in-
dulgentes ac confisi mire muta-
runt, & sæpenumero corrupe-
runt potius quam ornarunt.
Nec tamen credas velim, nos
penitus Bowerum neglexisse.
Quum enim in textu ipso For-
duniano defectus (licet Codex
ipse minime sit mancus) conspi-
ciatur,

ciatur, ibi (quo magis animos harum rerum studiosorum devincirem) visum est e Bowero supplementum adhibere, uti & mox post annum M.CCC.LXXXV. (quo opus claudit Fordunus) continuationem (usque ad Jacobi I. interitum) subjungere. Atque hoc fecimus cum ratione ipsa suadente, tum & admonentibus viris doctis. Quem etiam in finem e Codice Regio describi curavit Rogerus Galeus, cujus ex Apographo (cum Codice Harleyano a nobis diligenter collato) continuationem totam, capitulis paucis exceptis, in Apographo desideratis, sed in Codice Harleyano comparentibus, typis mandavimus. Quid quod &

in iis, quæ de Scotia Angliæ sub-
jecta acriter olim dicta sunt,
tantam adhibuimus diligen-
tiam, ut discrepantiæ e Bowero
integras quasi paginas hic illic
occupent, momentosioresque
pariter ac majores etiam sint,
quam ut lectiones variantes vo-
citantur? Atq; ex his quoque de
Boweri in Forduno permutando
licentia judicabis. Ceterum, si
lis nobis intendatur de interpo-
lationibus reliquisque Boweri
additionibus quas prætermisi-
mus, acta nostra vellicantibus
illud reponendum est, magna ex
parte leves esse (id quod facilli-
me colligetur e Boweri capitulis
in Continuationis Apographo
Galeano prætermiſſis, a nobis
autem

autem e Codice Harleyano suppletis) & ab Historia tam Anglica quam & Scotica alienas. Quis itaque idolebit, eiusmodi additamenta a nobis præteriri, quæ a proposito ipso Forduni quasi abhorrent, & e scripturis fordidioribus, puta legendis non raro incredibilibus, aliisque plufquam anilibus neniis, fuerint decerpta? Fordunus vir erat iudicio acerrimo, nugisque anilibus (id quod est in primis memorabile) Chronicon foedari noluit. Injuste igitur id genus fabulas locis aliquam multis textui inferuit interpolator, nulla adhibita monitione, eas plane suas non Forduni esse. Talis fane illa interpolatio de S. Patricii

cii (quem alium a nostro fuisse male suspicatur Spotswodius¹; monachum nempe nescio quem Glastonienfem, qui floruit anno circiter DCCC. L.) Purgatorio, quam mox post hæc verba, in capitulo ix. libri III. *totam Iberniam ad Christum*, in Codice Harleyano reperi, in Codice autem Galeano penitus (& quidem jure merito) desideratam. Quam, ut hinc etiam de magna vi reliquorum, a nobis opera dedita susque deque habitorum, judicare possis, hic subjiciendam duxi. Hæc scilicet in verba: *Hic cum diu per Iberniam prædicaret, & fructum ibi per modicum faceret, rogavit Dominum, ut² aliquot signum*

1. Hist. eccles. Scot. p. 8. 2. Sic.

*ostenderet, per quod territæ gentes
pœniterent. Jussu igitur angeli in
quodam loco circulum magnum cum
baculo designavit, & ecce! terra in-
tra circulum se¹ aperuit, & puteus
maximus ac profundissimus ilico² ap-
paruit, revelatumque est beato Pa-
tricio, quod ibi quidem Purgatorii
locus esset, in quem quicumque bene
confessus & contritus vellet descen-
dere posset, & alia pœnitencia pro
præteritis non restaret, nec alium
pro peccatis purgatorium sentiret.
Imperatoris &c.*

§. 10. Fragmentum hoc
haud majorem fidem me-
retur, quam Legenda
Guidonis, civitatis Aleſci, a Bay-
ona per xxx. miliaria distantis,
civis, (cujus spiritus, reddito

Uti & aliud de eo-
dem Purgatorio ex-
cerptum è Codice
quodam Rawlinfo-
niano,

corpore humano sepulturae, A. D. M. CCC. XXIII. sine aliqua forma visibili propriae uxori aliisque compluribus apparuisse dicitur, miraque de Purgatorio narraffe) quam calamo exaratam penes se habet vir eximius, mihi- que multos annos valde familiaris, iis scilicet studiis litterarum, doctrinaeque praeditus, quibus ego maxime delector, Thomas Rawlinsonus, Armiger. Immo non majorem, quam Vita S. Patricii, sermone vernaculo contexta (sed ad finem mutila) quam itidem calamo scriptam, inter alia, innumera fere, quantitatis pretii *κειμήλια*, possidet idem amicus praestantissimus. In qua Vita sequentia de circulo pari- ter

ter atque puteo S. Patricii occurrunt:

To here hym preche men kam far,
 The Countre dully hym sought:
 A wild place he founde all bare,
 That no frute forthe hit brought;
 The men few and set all thing,
 Ther kam no thinge forthe theer.
 Then praied Sent Patrick to Heuen kyng,
 To wete what maner of thinge hit were.
 In the erthe with his staff of tree
 He made a serkill all abowte;
 Ther beganne a pitte so depe of degre,
 That men therof had grete daunger and dowte.
 This good man had bounder of that case,
 But an Angell ganne hym rede,
 And saide, a pit of Purgatore hit was,
 That euery Cristen man ought to drede.
 Sum Saulis were therin go
 For ther synnes to be bet,
 And for ther synnes to be bete,
 That in erthe I had ther doo,
 I and thei while we our liues lete.
 And quycke or ded whither a man
 That dothe here in this place come,

Other purgatory shall he none haue
 Unto the dredefull day of Dome,
 And after he shall to heuen ther,
 If he were good, true, loupng and hende,
 And also if he synfull and wiked were
 To hell thei shulde withouten ende.
 Our lorde toke a staff withouten lie
 Unto Sent Patrick with his awne honde,
 He ther founde that Purgatory
 Thoro the grace of goddis sonde.
 In Erland is zit the same staf helde,
 That nobely is knawen right well,
 And for a riche Melik ther is hit helde,
 As is acording unto grete skill.

Henrico VI. re-
 gnante, ut videtur,
 contexto. Regis hu-
 jus superstitio &
 credulitas.

§. II. In hoc Codice Raw-
 linsoniano, præter alia,
 habemus etiam Vitas S.
 Katerinæ & S. Annæ. Atque
 hæc quoque omnia lingua An-
 glica. Quisnam collector, vel
 potius auctor, fuerit me latet.
 E manu constat, Codicem scri-
 ptum fuisse Henrico VI. re-
 gnante. Quid quod mihi vide-
 tur,

tur, totum Codicem contexuisse monachum quendam Ordinis Carthusiani e cœnobio Sionensi sive de Shene, ab Henrico V. condito? Eo certe retulerim indulgentias illas¹, in gratiam dicti monasterii concessas, quas in eodem inveni Codice, eas præcipue quæ huncce præ se ferunt titulum: *The pardon of the monastery of Shene whiche is Syon.* Omnes fatentur, Henricum VI. Principem fuisse pium, nimis tamen superstitiosum, minusque prudentem. Adeo ut mirum non sit, ipsum ea esse vera credidisse, quæ neque cum antiquitate, neque cum ratione consentiunt. Hinc non pauca a rege in lu-

1. Vide Appendicem, num. V.

crum suum impetrabant homines astuti, qui & varios libros eum in finem edebant in lucem, facileque, ut vulgus iis, quæ retulerunt, fidem adhiberent, efficiebant. Neque deerant adulatores, qui regis animum, adversus fraudes incautum, sed magnarum rerum expectatione erectum, ad ea dogmata amplectenda excitarent, quæ alioqui ridicula erant; perinde ac si ex iisdem nescio quæ felicitas regno esset accessura, ipseque eo nomine laudibus immortalibus dignus foret. His rebus, quum simplicis & creduli principis animus facile impelleretur, se ita avaris reddidit obsequentem, ut quicquid petebant, con-

concederet, ipsique etiam molestos consiliorum suorum interturbatores dextere abigerent. Tandem autem intellexit princeps malarum artium insolens (& cui aliorum ingenia de suo æstimare consuetum erat) se misere fraude circumventum, ludibrio fuisse habitum, amicos sinceros graviter esse offensos, hæcque omnia in perniciem suam pariter atque regni, non in commodum, cessisse.

§ 12. Hinc eo rerum ventum est, ut varii de rege percrebuerint rumores, multique præviderint, brevi miras secuturas esse rerum mutationes, virosque sagaces ac eruditos, partiumque

Unde variæ mutationes, quæ & ansam Reformationi præbuerunt. Clarorum virorum nomina è Calendariis male ejecta.

mi-

minime studiosos, tandem aliquando ad Antiquitatem primævam esse provocaturos, neque unquam ea pro veris agnituros, quæ a veritate toto cælo aberrant. Atque hæc ansam Reformationi nostræ (non citra cædem ac sanguinem promotæ, hostibus passim ejusdem professoribus metum intentantibus) præbuerunt, uti & ad eandem non parum faciebant multa, quæ Edvardo III. regnante contigerant. Nimirum vehementissime commoti sunt non pauci, qui cogitarunt quemadmodum fortuna secum egisset, ea nempe sibi erepta esse, quæ hominibus non minus quam liberi chara esse debent, usum Codicum Sacrorum

crorum lingua vernacula, librorum aliorum vetustissimorum atque optimorum versiones, simplicem vivendi rationem, immo & omnes honores sanctitatis & religionis amantibus debitos. At ipsis non mediocrem consolationem attulit, quod, Deo Optimo Maximo sic volente, orti sint docti, qui (rem in magno esse discrimine cernentes) difficultates pro virili expedierint, tenebras expulerint quibus misere per secula aliquot antecessores fuerint obsessi, populumque proinde in veram vindicaverint libertatem, qui jam antea veterum suavissima consuetudine non fruebantur. Nec tamen omnes res gestas vel Wiclefi

lesi (qui re vera rebellis impius-
que¹ erat) vel affectuarum ejus
(quorum nonnullos, in omnem

1. Vide Continuationem Forduni, p. 1168, & p. 1298, cum seqq. Vide item Præfationem (ab auctore reverendo, vigore ingenii, atque animi celebri, conscriptam) libro præfixam cui tit. **The pretended Reformers: or, The History of the Heresie of John Wickliffe, John Hufs, and Jerom of Prague.** Lond. 1717. 8vo. Quinetiam vide, si lubet, quid de dictæ Præfationis defensione scripserit ejusdem auctor in libello inscripto, **The Weekly Journal, or Saturday's Post,** dat. Oct. 28 1721. Neque est, cur hac occasione non commemorem (nisi forsitan Scriptores Pontificios gregatim in lautumias esse conjiciendos sis dicturus, eorumque scripta Protestantium auribus interdicens) rarissimum librum (novem schedas complectentem) quem è Bibliotheca sua præclarissima mihi mutuo dedit V. amicissimus Thomas Rawlinsonus, Armiger. Prodiit nimirum in 8vo. anno reparatæ salutis sexcentesimo vicesimo tertio supra millesimum, hancque præ se fert inscriptionem: **The uncasing of Heresie, or the Anatomie of Protestancie. Written and Composed by M. C. Cum Licentia Superiorum.** Ea quæ de Wickleso locutus est auctor, hunc in modum se habent, p.25. (prout in Collectaneis meis descripsi, Vol. LXXXII. p.83.) **And as for Wickliffe¹ (besides that he dyed of a natural disease quietly in his bedde) Matthew Hoe, Pantaleon, and Vadianus Zwinglianus, all famous Protestants, repute him for an Heretike, and others for a² Traytour. Neither do I see, how antie Protestant**

1. See Stow and Hollinhead in their Chronicles, an. 1382. and Bale in his 4. centurie. Matthew Hoe in tract. I. de disput. P. 27. Pantaleon in Cronol. pag. 119. Vadianus Zwingl. l. 5. Antichristop. 168. 2. See Fox acts and monuments, and Stow. See also Melancton in disput. de jure Magistrat. and Osiander cent. 9. 10. 11. 12. art. 15. sect. 4. c. 2. See also Bretrly in his Protestant Apologie tract. 2. sect. 4. c. 2. can

can judge better of him, unlesse he happilie allow of these following positions of his, viz. That no Priest ought to possesse any thing as proper; that no Magistrate had any authoritie, as long as he was in Mortall sinne; that no Prelate ought to excommunicate any, unlesse he be certaine that the partie was before excommunicated by God; that the people may at their pleasure punish their Lords; that Universties, Colledges, and degrees therein taken, were as commodious to the common weale, as the diuell; that by Gods law, the brother and sister might marrie together; that God must obey the diuel; that euery creature may be called God; that all things happened by ineuitable necessitie; that to enrich the Cleargie, was against the law of Christ; that all oathes are lawfull, which are vled to confirme bargaines and contratts; that a bishop is not aboue a Priest, and the like. Deinde de Domino Johanne Oldcastle (Wicklefi Discipulo, ejusque dogmatum ac institutorum assertore ¹) hæc, p. 27. memoriæ prodidit: — and as concerning Old-castle, (whom Fox stileth Lord Martir) Stow ² and Hollinshed confesse, that he was conuicted and condemned for treason and open rebellion, and accordingly executed an. 1417. December 14. an. 3. [lege, 5.] Henrici 5. And as touching his doctrine, he was so madly minded (saith Wallingham) that he thought hee should rise againe the third day.

1. Vide libellam admodum rarum, (sed in Musæolo meo, ex dono amici eruditi, Edvardi Burtoni, armigeri, exstantem) cui tit. *A breue Chronycle concerning the examination and death of the Blessed martir of Christ | Sir John Oldcastell the Lord Cobham | collected together by Johan Bale. Imprinted at London | by Anthony Scoloker. And Wyllyam Seres Dwelling wythout Aldersgate. Cum Gratia et privilegio ad Imprimendum solum.* — 8vo. Consulatur quoque R. Hen. Fifth's Proclamation for the Apprehension of Sir John Oldcastle, ad calcem T. Livii Foro-Julienis vitæ Henrici V. à nobis editæ. H. 2. Stow and Hollinsh. an. 5. Henr. 5. Walling. an. 1417. p. 448.

libidinem solutos, vitam per ludum & lasciviam transegisse, pudorem prophanasse, privatimque meretricum amores nuptiis copulasse, fertur,) probandas esse censuerim, nedum illos laudaverim, qui e Calendariis benefactorum & hominum memoria æterna dignissimorum nomina, quanta cum celeritate possent, expunxerint, itaque ira, quum de iisdem restaurandis mentio forsitan facta fuit, exarserint, eoque insolentiæ fuerint pervecti, ut nec verborum acerbitate abstinuerint; quales etiam nunc dierum inveniri nemo diffitebitur, cui manifestum est, in diversas cogitationes multorum animos rapi, quotiescun-
que

que de injuria majorum famæ illata sermo habeatur, & maxime omniumquum serio differatur de beneficiis illustrium aliquot hominum ante Reformationem, quos nunc de jure tacendos esse opinantur, perinde quasi non religione, sed nescio quo malo consilio impulsæ hæc præstiterint, ideoque incassum de iisdem commemoretur.

§. 13. Utinam igitur vetustus mos Calendariorum conficiendorum nunc etiam ab instauratæ Religionis addictissimis observaretur, in quibus sane viri clarissimi nominatim recensebantur, quo pacto vulgus ut præclare de iisdem sentiret incitabatur.

Eorundem igitur restitutio optanda. Vis ingens Calendariorum antiquorum, quæ tamen omnia inter se invicem discrepant.

Haud aliter atque apud Pontificios Commemoratio in Calendariis hominum celeberrimorum mirum in modum vulgum commovet ad ea facienda, quæ absq; ejusmodi Calendariis vix peragerent. Unde plane apud illos incredibilis vis Calendario- rum, tam excusorum quam & calamo exaratorum. Quæ quidem omnia a se invicem discrepant, pro ratione locorum atque hominum, quorum usibus sunt infervitura. Atque inde plane tot diversa sunt Calendaria cum in Bibliotheca Bodleiana, tum & in aliis optimæ notæ Bibliothecis. Itaque neutiquam mirandum, mox post artem typographicam inventam Calendaria

daria typis fuisse mandata. E-
jusmodi Calendaria impressa
magna cum industria collegit
martyr ille beatissimus, Guiliel-
mus Laudus, archiepiscopus
Cantuariensis; id quod ex ipsius
Codicibus MSS. in Bibliotheca
Bodleiana adservatis, satis fu-
perque liquet. Præsul scilicet
sanctissimus, sincerioris religio-
nis studiosissimus, in erroribus
Pontificiorum sive Papanorum
(qui vehementissime gaudebant
simul atque Romæ fama acce-
pissent, eum capite truncatum
esse) explorandis & detegendis
maxime intentus, e Calendariis
ipsorum eos magna ex parte
posse indicari compertum ha-
buit, eaque de causa, ut ejus-
modi

modi Calendaria publicis in Bibliothecis collocarentur, & ibi diligenter adfervarentur, voluit. Quid quod & alii viri egregii, genere & opibus illustres, meritis erga patriam illustrissimi, eundem sint imitati, quippe qui eodem zelo Calendaria congefferint, innumerofque præterea alios vetustatis Codices, simili studio allecti ecclesiam & rem litterariam promovendi? Ex eo omnes non tantum a suo grege, sed a cunctis bonis (licet invidis maledicendi materiam ejusmodi res fuppeditent) magni haberi, ac divinis in cœlum laudibus ferri, ut qui, torpentibus haud paucis, monumenta eximia ab interitu vindicaverint, rituum

rituum ecclesiasticorum patrocinium fortiter susceperint ac feliciter gesserint, eaque facinora perfecerint quæ omnes imagines hominum statuasque superant.

§. 14. Sed ex omnibus quæ vidi Calendariis illud maxime admiror, quod mihi dono dedit Præsul doctissimus Elyensis, Guilielmus Fleetwodus. Nam ut res opinione majores exhibet, ita & quantivis pretii esse existimo, satisque ex eo magnam lætitiâ voluptatemque capiebam, simul atque vidi. Forfan & e Codicibus illis erat magicis five Astrologicis, quos tantopere crepant veteres. Scriptum fuisse videtur

At maxima admiratione dignum est penes nos Calendarium Fleetwodianum.

Ed-

Edvardo III. regnante. Plenum est hoc Calendarium picturis, (quarum aliquot *ἑόανα* antiqua referunt) prædictionibusque iidem ejusmodi, quibus illis temporibus vehementer delectabantur plerique. At hoc, quod possideo, unicum hujus Codicis exemplar esse puto. Neque operæ pretium esse censebant exemplaria multiplicare. Quid si igitur asseramus, autographum esse, eundemque librum, quem auctor, (*ἠεργνώσης* proculdubio celeberrimus) quicumque demum is fuerit, vel regi, vel alii cuiquam viro magno, honoris causa, obtulerit? Verum enimvero ideo potissimum hic loci commemorandum duxi, quod,

quod, licet per totum annum Sanctorum, eo seculo maxima in veneratione habitorum, nomina atque picturas contineat, S. tamen Patricii (quem, velut Deum tutelarem, Hibernienses venerantur, ideoque die, S. Patricio festo, magnis ei poculis libant, vicinosque & hospites magno epularum luxu accipere solent) nusquam in eodem occurrit mentio. Inde conjectura assequor, vel S. Patricium apud Anglos nostros nullius fuisse notæ, vel Purgatorium ejus tanquam rem fictam commentitiamque sprevisse Calendarii auctorem pariter atque alios. Quod si dicas, nihil opus fuisse ut de Purgatorio hocce loqueretur,

retur, quia de Inferis verbum non habuerit, id falsum esse vel inde constat, quod hominis lapsus, ejusdemque ab Inferis liberationem, diligenter depinxerit. Quam tamen in hac re diligentiam ridiculam fatis esse e Picturis ipsis colliges, quas in Appendice operis subnectam: in quarum prima ¹ legitur, *Adam moritur & transit ad infernum pro uno pomo*; in secunda ², *Ihesus Christus resurgens a mortuis spoliat infernum*, una cum hisce verbis (lingua nostra vernacula) ab uno Dæmonum (jam admodum perturbatorum) cornu inflante, *Dut out aroug*, pronunciatis. Neque est quod dicas, de S. Pa-

1. Vide Appendicem, num. VI. 2. Vide Append. num. VII.

tricio in eximio hoc libro ideo
nuspian fieri mentionem, quod
e Sanctis Hibernicis esset Patri-
cius. Nam in Officiis antiquis,
in usum ecclesiæ Sarisberienfis
impressis, commemoratum vi-
deo. In quibus tamen in gratiam
Hibernicorum insertum fuisse
dicent forsitan nonnulli. Qui-
bus non refragabor, si modo
concedant, hoc ipso tempore,
quo excusa fuerint dicta Officia,
eundem Sanctum cultum fuisse
per totam fere Angliam no-
stram, summisque laudibus ce-
lebratum. Fateor tamen, eun-
dem etiam præteriri in Missali
Herefordensi, penes nos, excu-
so, Codice equidem rarissimo, de
quo in Camdeni Elizabethæ E-
ditione

ditione ¹ nostra paucis egi. In quo quidem Codice (ut hoc obiter animadvertam in illorum gratiam, qui nuper hac de re sunt altercati) hæc nota occurrit de die S. Matthiæ observanda anno biffextili :

f vi kl' [Martii] Sancti Mathie apostoli.
Locus biffexti. **Cum biffextus fuerit festum sancti mathie fiet quarta die a cathedra s. petri**

Hoc est, eo anno fiet 25. die Februarii. Cathedra enim S. Petri incidit in VIII. Kal. Martii, sive 22. diem Februarii. De quo anno & hæc nota legitur in Calendario, præfixo libro antiquo Bedellorum Universitatis Oxon. quem non ita pridem typis mandavi ² :

1. In Præf. nimirum p. xxvii. & in Indice ad Præf. voc. *Mis-
sale.* 2. In Append. ad Roberti de Avesbury Hist. Edvardi
III. num. I.

f vi kl [Mart.] *Mathie apostoli.*

Inferius duplex festum.

g v kl *Si bissextus fuerit. iiij. die a cathedra sancti petri inclusive fiat fe. sancti Mathie & ff littera bis numeretur.*

In quo Calendario nec ulla mentio S. Patricii. unde colligo, olim in Academia Oxoniensi hujus Sancti nullam rationem habitam fuisse in Officiis Sacris, quamvis in eadem essent S. Patricii Scholæ binæ, Aulæ Patricianæ conterminæ, & ab Hibernis (nomini S. Patricii devotis¹) frequentatæ. Absit vero, ut ejusmodi Calendaria quis contemnat. Ab illis enim concinnata erant, qui optime norant, ad hi-

1. Hist. & Antiq. Univ. Oxon. l. II. p. 23.

storias recte scribendas & intelligendas valde necessariam esse cognitionem temporum. verissime nimirum hunc in modum locutus est Tatianus, vetus apud Christianos scriptor: Παρ' οἷς αἰωναρτητός ἔστιν ἢ τῆς χροῶν ἀναγραφῆς, ὡς γὰρ τέτοις ἔσδὲ τὰ τῆς ἰσορίας ἀληθεύειν δύναται. id est, *apud quos non coheret temporum annotatio, apud hos ne historiae quidem verae esse possunt.*

Et si Boweri missas fecimus interpolationes, maximo tamen nobis adjumento fuit Codex Harleyanus, à Magno Makcullocho scriptus, perperam à Dempstero inter Historiae Scotiae auctores numerato.

§. 15. Et si autem interpolationes Bowerianas omittere duximus, e Codice tamen Harleyano multos locos (proprio Marte in emendationibus rarissime usi) castigavimus, sicut etiam ex eodem lectiones quamplurimas variantes adhibuimus.

Id

Id quod e Scholiis, ad imum paginae positus, deprehendes, ubi & minutissimas quoque Codicis MS. lectiones (quotquot scilicet in textum non recepimus) pariter atque mendas, in ea parte Forduni, quam edidit cl. Galeus, (partim eruditus gratificari studentes, partim, ne fides nostra curiosulis suspecta esset) repræsentavimus. Ceterum, non est, quod hinc colligas, Codicem Harleyanum Galeano ubique esse correctiorem. Res enim aliter plane se habet, innumerisque sane scatet erroribus, fereque inemendabilibus, quales certe a viro, in lingua Latina mediocriter versato, ortos fuisse non credideris, nedum ab homi-

ne

ne in eadem versatissimo. At errores hosce in medium proferre e re nostra non erat. Pro certo itaque habeo, Magnum Makcullochum neque fuisse interpolatorem, neque continuatorem, Forduni, (linguæ Latinæ fere imperitum, utcunque natura solertem & suoapte ingenio acrem) sed tantum exscriptorem. Integrum nempe Codicem Harleyanum ipse scripsit, in gratiam Patris plurimum Reverendi Guilielmi Schevez, archiepiscopi Sanctandreami, cui a secretis erat. Hoc clarum est e plurimis notulis in Codice ipso Harleyano, ita tamen conceptis, ut prompte quis, rem minus attente considerans, Makcullochum

chum re vera interpolatorem & continuatorem fuisse afferuerit. Atque inde forsan Dempsterus deceptus Makcullochum istum inter Historiæ etiam Scoticæ auctores recensuit, quem & perperam Forduno antiquiorem fuisse monuit. Sic enim Dempsterus in Apparatu ad Historiam Scoticam¹: *Historias nostras variis ætatibus viri magni ubere eloquentia scribendas suscipere, quorum nomina cum ætatibus admissim apponam, — Magnus Macolom MCCC LXXX. Scotichronicon eodem — Joan. Fordanus MCCCXC. Verum id [Dempstero] homini nugivendolo, (ut vere appellat cl. Caveus²) & in gentis suæ rebus pene*

1. Bononiæ M.DC.XXII. 4to. L. I. p. 8, 9. 2. Hist. Lit. p. 310.

semper ineptienti, condonandum est.
Et tamen, Dempstero nixus, Seldenus etiam noster, magni nominis vir, monuit, Magnum itidem Makcullochum, Fordunum continuasse. Neque aliter doctissimus Galeus, qui Makcullocho tam interpolationes quam continuationem adscribit, ne aliorum hac occasione mentionem faciam. Verum non mirari subit, tam audacter hunc honorem sibi vendicasse Makcullochum, gloriæ avidum; quia & alii scribæ (litteris non admodum expoliti) non minus temere aliorum operum laudes affectaverint, & in se transtulerint, sæpeque propria nomina iisdem affixerint, sperantes, hanc suam

au-

audaciam in ufum publicum, pariter ac fuum honorem, converfum iri. Et quidem Makcullochus hoc in Chronico id fe magis recte facere exiftimavit, quoniam admodum difficile erat tantum opus defcribere, auctoritatemque ab ipfo archiepifcopo acceperat nomen eo modo apponendi, ut pofteri de fide Codicis nunquam dubitarent. Qua de caufa & ipfe etiam magnus Præful proprio quoque nomine ornavit, ne quis, Codicem huncce videns, illico innueret, plurimi non efse faciendum, quoniam fcriba non divulgaverat cujus juffu effet defcriptus. quod factum archiepifcopi, fupra quam credi poteft,

Makcullochi famam auxit. Sed en tibi loca aliquot ex ipso Codice, e quibus liquebit, scribam fuisse, quem diximus, Makcullochum, & plures, iisdem notis nixos, eundem vocasse auctorem interpolationum continuationisque. Ad calcem Summariorum libri tertii: *Sequitur jam liber tercius hujus operis, decimo die mensis Octobris, anno Domini M. III^C.LXXXIII. — ¹ Partinet liber iste Reverendissimo patri ac domino magnifico Gillelmo Scheuez, Sancti-andreae archiepiscopo, Scociae praetorum ² primate bene digno: scriptus per suum familiarem clericum magistrum Magnum Makculloch Edinburgi opido. Cui notæ signum suum, quod tanquam Notarius*

publicus usurpabat, adposuit Makcullochus, & in majorem confirmationem *Scheue*z subjungitur ab ipso archiepiscopo, signo itidem suo, quo in scriptis subsignandis uti solebat, adscripto. Ad calcem libri vi. mox post hæc verba (quæ in Supplemento Forduni deprehendes) *quorum propterea animæ æterna fruantur requie. Amen.* subjunxit Makcullochus: *Et in hoc finitur hujus dictaminis sextum volumen, per me magistrum Magnum Makculloche, clericum Rosensis Diocesis &c. subnexo item Schevezii cognomine, uti & ipsius signo usitato. Ad finem libri septimi: Explicit liber septimus, qui extravagans dicitur. Sequitur octavus, & primo nume-*

numerus capitulorum, per me Magnum Makculloch clericum Rossensis Diocesis. In calce libri octavi: Explicit liber octavus. Incipit nonus, per me magistrum Magnum Makculloch, XIII. die mensis Marcii, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio, secundum ⁱ compitum Scotticane ecclesie, cum Magni signo, quod diximus. Ad calcem libri noni: Et in hoc finitur volumen istud, per me M. Maccullocht. Ad finem libri decimi quarti: Finito libro quartodecimo, deveniendum est ad xv^m. ejusdem in profesto eximii Confessoris gloriosique patroni florentis oppidi Edinburghe beatissimi Egidii Abbatis, scriptum per me Magnum Makculloch, ad usum Re-

verendissimi in Christo patris ac domini domini Guillelmi Scheuez, Sancti Andreæ archiepiscopi magnifici. Ad finem tabulæ rerum in Scotichronico contentarum, ab interpolatoris continuatorisve quodam discipulo confectæ: Complevi, Deo laus, septimo die mensis Octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, ad usum Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Willelmi Scheuez Archiepiscopi Sanctiandreæ, mei Magistri & Domini colendissimi; quem ad michi in meis necessariis subveniendum perducatur Spiritus Sanctus, graciarum largitor optimus, &c.

*Per me Magnum Makculloche clericum Rossensis Diocesis, quem
per*

per infinita seculorum secula custodiat omnipotens Dominus. Amen. Amen. Amen.

Quonam anno scribere inceperit Bowerus. Scotichronico hocce admodum delectabatur D. Thomas Fairfax.

§. 16. Ac controversia de auctore Interpolationum & Continuationis jam (ut spero) veluti transacta, videamus demum, quonam anno scribere cœperit Bowerus. Neque necesse est, ut meo hac in re utar ingenio, nec quidem tu, lector, existimabis, mei esse arbitrii quid fingere. Prævalet itaque veritas, idque, quod sub initium Interpolationum (mox post capitulum septimum libri primi) memoriæ prodidit de se ipso Bowerus, in apertum demum prodeat. *Ad istum* (inquit) *Magnum Constantinum in hac sexta ætate*

etate statuo stacionem, ne, si ulterius sic opus continuarem, tædium legentibus generarem, & ab opere incepto nimium divaricarem: hoc tamen notato, quod a tempore hujus Magni Constantini usque præsentem diem hujus scripturæ, qui est vii. dies Novembris anni Domini M.CCCC.XLI. ab Incarnacione Domini fluxerunt anni tricenteni quadraceni ad ipsum, & ab eo usque præsentem diem XI^c. anni fluxerunt. Et ab origine mundi usque hunc diem ¹ VI.DC.XL. ² Residium ab hac die sextæ ætatis tempus Deo soli cognitum est. Ceterum, non est quod censeas, me temere hanc notam, e Codice Harleyano decerptam, Bowero tribuere. Eadem enim

1. Sic, pro VI.M.DC.XL. 2. Sic.

exstat in Codice Regio, in quo Boweri nomen (in Codice Harleyano desideratum) reperiri jam supra ostendi; estque hicce Codex Regius liber ille niger Pasletensis, (de quo acriter differuerunt litterati) ut ex hac nota veteri, in eodem exarata, manifestissimum est, quemadmodum me docuit Amicus eruditissimus Rogerus Galeus:

Iste liber est S^{ri}. Jacobi & S^{ri}. Mirini de Pasleto.

Hoc ut compertum habuit Dominus Thomas Fairfax, Baro de Camerone, ad quem tunc temporis pertinebat, totum magna cum voluptate perlegit, atque hinc inde propria manu notavit. de more scilicet suo. Quamvis

vis enim aliquando, regnante Carolo I. Principum optimo, rebellium, eorumque qui in præruptum, atque anceps periculum adduxerunt rempublicam, esset antesignanus, doctus tamen vir erat, litterisque bonis favebat, (si modo rebelles litterarum bonarum fautores fas sit appellare) Musas fovebat, collegiisque, aulis ac bibliothecis, in hac re justus hostis misericorsque victor, parcebat, id quod amorem & reverentiam multorum Academicorum ei conciliabat. Quo facto etiam gratissimum sese reddidit Scotis, arbitrantibus, hominem fuisse adversus Scotiam fidissimum, inter Scotos vero minime censendum esse,

qui Scotichronico hoc non delectatur. Nam sic versiculus quidam in Codice Harleyano :

Non Scotus est, Christe, cui liber non placet iste.

cujusmodi fere versiculum in S. Brigittæ Revelationibus repererat Bowerus, sc. (ut ipse testatur¹ :)

Non tuus est, Christe, cui liber non placet iste.

Bowerus ob oculos habuit inter scribendum multos auctores, aliarum etiam gentium præter Scotiæ historias complectentes, è quibus perplura decerpfit ad rem Fordunianam neutiquam spectantia. Arque hinc liber VII. de Carolo Magno, rebusque nescio quibus mirabilibus, rectissime à nobis prætermisus.

§. 17. Quum primum animum ad scribendum adpulit Bowerus, id sibi negotii sensit dari, ut quamplurimos historicos in unum colligeret, & ob oculos nunquam non haberet. Quid enim attineret opus aggredi, absque librorum subsidio, e quibus omnia

1. L. XIV. Scotichronici, c. xxxix.

essent decerpenda? Ejusmodi autem auxilia Bowero non deerant, compluribus viris, splendore generis & opibus claris, noto. Atque hos fidelem operam esse navaturos, eoque totis viribus incubituros, ut Codices ac Registra (quorum molem ingentem possidebant) e suæ obscuritatis latebris in suam gratiam producerentur, non dubitabat. Quippe qui pro certo haberet, apud illos etiam plurimum potuisse militem præstantissimum (clarissimum atque eminentissimum virum) Davidem Stewartum Dominum de Rossiffe, sive Rossith, cujus hortatu¹, seu potius jussu, hoc onus

1. Vide Appendicem, num. IV. VIII.

fusti-

sustinere non gravatus est. Bibliothecæ igitur patefactæ sunt, multosque sibi comparavit libros, tam aliarum gentium, quam & Scotiæ, historias complectentes. quos sane omnes ante oculos habuit, nihil omittens (nam incredibili quadam exarsit cupiditate legendi monumenta vetera, quomodocunque depravata) quod ad suum fore propositum censuit. Adeo ut nactus tot subsidia, ad Caroli Magni res gestas etiam animum converteret, idque tum in Interpolationibus tum & in Continuatione. Atque hinc quidem integer liber (septimus scilicet) de Carolo Magno prodigiisque nescio quibus, a re nostra omnino ali-

alienus, quem idcirco (inter alia, de quibus supra) penitus prætermittendum esse duximus, ut qui in Forduni Scotichronicon minus apte quadrare videatur. Id satis intelligens Bowerus, rectissime hunc librum (in quo concinnando scriptura etiam usus est sibi allata commendataque a quodam de primoribus Scotiae chronographis) *Extravagantem* vocavit, ne lectoribus fraudi esset. Qua inscriptione plane declarat, nullum alium in scopum se hunc librum direxisse, quam ut ingenio indulgeret, historiarumque externarum amantissimis, quoad posset, placeret.

Miles inclytus, David Stewartus, aliarum gentium pariter ac Scotiæ historiis delectatus. Davidem hunc *Præceptorem*, sicut & ipsum Fordunum, *Magistrum* suum appellat Bowerus.

§. 18. Quid igitur obstat, quo minus asseram, & in gratiam Davidis, quem dixi, Stewarti, Excursionem hæc etiam fecisse Bowerum? Nam certus de militis inclyti erga se voluntate, & exploratissimum habens, eum nihil segniter gessisse, sed contra neque rerum, neque consiliorum inopem, miro in bonas litteras affectu Codices omnigenos historicos undique conquississe & studiose legisse, ea de causa rem gratissimam jucundissimamque se facturum esse judicabat, si in compendium pleraque redigeret, Scotichronicoque Forduniano interfereret. Atqui in eo quoque militi non solum

solum obærat, sed prope nexus fuisse videtur Bowerus, quod in quibusdam ab ipso fuerit eruditus ac instructus. Itaque non absurde *Præceptorem* nominat. duplici nempe ratione, tum quia ad opus hoc suscipiendum in mandatis dederit miles, tum quia non mediocrem eruditionis partem eidem Stewarto acceptam retulerit. Quemadmodum neque absurde Fordunum ipsum *Magistri* nomine ornat, a quo similiter, idque, ut opinor, a teneris annis, in bonis litteris institutus fuerat. Quid quod & idcirco officiis ac beneficiis Stewartum provocare merito pro virili studuerit, quia ipsius singulari ac prope incredibile

dibili in se benevolentia magna ex parte, ni fallor, suam ad Abbatiam S. Columbæ promotionem debuerit?

Male existimant nonnulli, Boweri Prologum jam ipso Forduno vivente scriptum fuisse.

§. 19. Sed ex aliquibus audio, vocem *Præceptor* in Boweri Prologo non de Stewarto, sed de Forduno esse intelligendam, locumque hunc in modum esse interpungendum: *ut vel sic præceptor meus, miles, aut alius quicumque volens, præsentem codicem copiare poterit* — Verum quum in exemplari Prologi, e Codice Cantabrigiensi meum in usum (ab amicis doctissimis, & in Codicibus antiquis legendis per diligentibus) descripto, locus hicce sic legatur, *ut vel sic Præceptor Dñus Miles aut*

*aut alius quicumque volens præsentem Codicem copiare poterit, comma post meus tollendum esse jure optimo dixerim. Favent alii Codices, in quibus sane nulla post meus habetur distinctio. Adstipulatur etiam eruditissimus Ruddimannus, Antiquarius Edinburgensis, vir indolis præclaræ rerumque Scoticarum peritissimus. Hoc concessio, in nihilum recidet eorum opinio, qui arbitrantur, Prologum jam ipso Forduno vivente scriptum fuisse. Neque ullius momenti esse puto vocem *novi*, quam ad suam sententiam firmandam e Prologo allegant. Bene *novi* (sic enim verba se habent) *hominem, quem in tantum appreciamini, autorem**

torem libri quem dicitis — Perinde quasi *novi* in tempore præfenti, non præterito, sit accipiendum. At ex aliis verbis in Prologo certissimum est, temporis esse præteriti. Hinc ait Bowerus, *post completum quintum suum librum multa reliquid in scriptis, nondum tamen usquequaque distincta.* — Inde etiam, *simplex homo fuit, nec usquam in scolis graduatus* — *Opus hoc, quod fecit, qualis in scientia fuit, satis patefecit. Novi igitur idem valet, quod cognovi vel mihi notus fuit, quo sensu (a nosco nimirum) & sæpissime apud alios auctores occurrit monasticos. Neque alio quidem in Epistolis aliquot egregiis, ad S. Edmundum archiepiscopum Can-*

Cantuariensem spectantibus, quas infra ¹ e Codice MS. per antiquo, e Bibliotheca Juvenis nobilissimi D. Edvardi Dering, Baronetti, a Feciali litteratissimo amicissimoque Joanne Anstis, armigero, mecum communicato, juris faciam publici. E quo Codice (hac oblata occasione) & Innocentii IV. Pontificis Romani Indulgentiam ², qua xx. dies pœnitentiæ relaxavit accedentibus cum donariis ad ecclesiam S. Augustini Cantuariensem, ejusdemque etiam Innocentii Statuta³, quæ A.D. M. CC.LIII. monasterio S. Augustini Cantuariæ transmisit, fideliter edam.

1. Vide Append. num. IX. 2. Vide Append. num. X.
3. Vide Append. num. XI.

Fordunus noster Presbyter factus, quamvis in Scholis non graduatus. Res multas historicas in Anglia degens didicit, quarum pleraque Bowero discipulo suo impertiit.

§. 20. Quamvis autem in Scholis graduatus non esset Fordunus, eruditione tamen vitæque sanctitate admodum erat insignis, dignissimusque proinde qui ad magnos eveheretur honores. Verum hos omnes sprevisse videtur, otium litterarium illis anteponendum esse existimans. Nec tamen vitam egit monasticam, sed Presbyter¹ factus, in oppido Abberdonensi

1. Presbyterum fuisse tum è Boweri Prologo (a) liquet, tum & è Petitione quadam ad finem Indicis in Codice Harleyano, in qua lectores ut Deum pro se orent rogat auctor. Quæ licet in Forduno desit genuino, ab ipso tamen scriptam fuisse vel inde potest intelligi, quod vox *auctori* in eadem commemoratur, quem etiam non religiosum, sed *presbyterum* fuisse expressim commonefacit. Quid si igitur hanc Petitionem in schedis Fordunianis invenerit Bowerus, tandemque operi à se absoluto subjecerit, eo modo quo & Fordunus subnectere destinarat, modo ipse idem compleffet? Sed en tibi Petitionem: *Quia ad honorem Dei, & profectum legencium, hunc*

(a) Vide Append. num. IV.

capellani magna cum laude functus est munere. Male igitur illi, qui Presbyterum nullius fuisse notæ indicant. Male item cl. Lloydius, qui (minus considerans nullum¹ in Scotia cœnobium exstitisse *Fordon* sive *Fordun* appellatum) *monachum de Fordon somniculosum atque rerum antiquarum imperitissimum* (quarum tamen scientissimus erat) vocat². Eruditionis eximiæ ubique hac

librum compegi, id solum retributionis exoptulo, ut, cum ad ipsum legendum susceperint, mei caritative meminerint, & pro me presbitero, actu utinam religioso, multiplicibus peccatis circumdato, ad misericordem pro nobis humanatum Deum exorent, ut, perfecta omnium peccatorum venia percepta, Divini spiritus purificatus gracia ipsum regem in decore cœlesti Jerusalem unacum ipsis laudare & conjungi valeam. Cui sit honor & gloria in secula sempiterna. Amen.

Precor lectori Christum roget ore fideli,

Ut det auctori post mortem gaudia cœli.

Qui legis hæc pro me pie posco precamina prome,

Pater offer ave Deus ut me liberet à vœ.

1. Sir George Mackenzie's Defence of the Antiquity of the Royal Line of Scotland. Lond. 1685. 8vo. p. 34. 2. Historical Account of Church-Government as it was in Great-

in historia satis manifesta indicia. Aliquibus etiam in locis elegantia major quam pro seculo, quo vixit. Verum tantum abest, ut otium litterarium, quo minus itinera faceret, obstaret, ut quidem in Angliam nostram profectus fuerit, resque multas historicas ibidem didicerit. Ibi autem degens, non solum bibliothecas, sed & ecclesias perlustrabat, usu rerum edoctus, ex Inscriptionibus (pariter atque Codicibus) hominum illustrium res gestas maxime posse illustrari. Ea certe de causa omnia ex iisdem traducta ingenti omnium assensu solent comprobari.

Great-Britain and Ireland, when they first received the Christian Religion. Lond. 1684. 8vo. p. 133, 146, 147. Vide item Præf. (a 7.)

Inde

Inde sane tanti æstimantur etiam corpus Inscriptionum Gruterianum, Syllogæque id genus Reinesianæ, Fabrettianæ, Sponianæ, aliæque, in quibus jure optimo numeranda (hodie maximum ornamentum Xystorum Bodleianorum) Marmora Oxoniensia, quorum nova desideratur editio. Quinimmo & inde quantivis pretii esse existimant viri eruditi Monumenta vetera Weeveriana, nunc itidem per rara. Quid quod & eadem de causa labores Lelandianos, a nobis e tenebris erutos, studiose sibi comparent docti? Sed unde interrogabis constat nobis, Fortunum in Angliam pedes contulisse, ibique observasse per-

Vol. I. 1 multa

multa ad rem historicam pertinentia? Ex ipso nimirum Scotichronico. Nam diserte docuit, se Matildis bonæ illius Reginae, (quæ immenso pietatis affectu felicitati regni studebat) Henrici I. uxoris, Westmonasterii epitaphium vidisse ac legisse, indeque plane descripsisse¹. Neque dubito quin per plures chartas codicesque ex Anglia secum in Scotiam detulerit tam curiosus rerum antiquarum investigator, haud aliter atque diu antea Crowlandiam Ingulfus ex Aula Guilielmi Conquæstoris legum Edvardi Confessoris exemplar secum attulerat, utcunque multis in locis interpolatum ac forsitan deprava-

¹. Vide l. V. c. xxix. tum,

tum, eo consilio, ut otium nactus perpenderet, & quibus potuit rationibus explicaret. Post reditum in Scotiam, quæcunque fere in Anglia conspexerat audiveratque, cum Bowero suo communicavit Fordunus. Bowero pergratæ erant narrationes, quarum & aliquam multas ipse postea Scotichronico inseruit, in quibusdam tamen idcirco lapsus, quod memoria nixus nihil de iisdem in chartis repererit Fordunianis. Fordunus nempe, judicio usus acri, non pauca omissenda esse censuit, quæ Bowerus neutiquam tacenda duxit. Adeo ut memoria pendens Bowerus nonnunquam erraverit, & in nominibus locorum ali-

12

quot

quot in Anglia nostra commemorandis cespitaverit.

In eo erravit Bowerus, quod Matildem *Bonam* per Londinum nudam equitasse narraverit.

§. 21. Non immerito inter Boweri errores, narrationem de Matilde *bona*

per Londinum nuda equitante retulerim. Fordunus quum esset in Anglia a multis didicerat, olim in urbe Coventriensi Privilegia minime contemnenda impetrata fuisse egregio quodam facto feminæ non minoris consilii, quam fidei, Godivæ, Leofrici, Merciorum Comitis urbisque hujus Coventriensis Domini, uxoris. Leofricus nempe cives gravissimis vexarat oneribus, neque aliis conditionibus liberare voluit, nisi conjux, quæ in eorum gratiam intercesserat, (quam-

(quamque, si famæ libet credere, nulla ætatis suæ pulchritudine corporis vicit) vestibus spoliata per urbis medium (ubi maxima erat populi existimatio, & frequentia) nuda obequitaret. Femina erat castitate sua ac pudicitia (nam totius vitæ sanctitas omnem calumniam superabat, & viros, religiosos, sacrasque virgines humanissime excipere, ac perlubenter cum iis de rebus Divinis longos miscere sermones solebat) satis celebris; ex affectu tamen ac indulgentia in cives (nec quidem unquam in eos, quos aliquando amasset, durior esse potuit) hoc, quod, bonis omnibus stupentibus, is immodeste injunxerat imperaveratque,

que, impigre præstitit & executata est, (illoque edito facinore nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ) capillis elegantissimis (nam aliarum modestissimarum feminarum ad instar capillata erat) ita solutis, ut totum fere corpus obtegeretur, nihilque indecori vel turpiculi proderetur, civibus etiam ipsis spectaculum horrentibus. Sic enim Camdenus noster¹: *Primus hujus urbis Dominus (quod novimus) fuit Leofricus iste, qui in cives commotior gravissimis illos tributis oppressit, quæ nulla alia lege laxari voluit, Godiva uxore obnixè intercedente, nisi ipsa nuda frequentissimam urbis partem obe-*

1. Brit. p. 428. Ed. opt.

quitaret,

quitaret, quod promississimis suis capillis obtecta, a nemine, si fides sit vulgo, visa prestitit, & Conventrienses suos multis pensitationibus in perpetuum exsolvit. Et ne putes, nullo auctore nixum hæc protulisse Camdenum, Florilegum in margine citat, qui hæc litteris tradidit sub A. D. M. LVII. (quo anno diem clausit extremum Leofricus :) Hæc autem comitissa religiose villam Conventrensem a gravi servitute, ac turpi liberare affectans, sæpius comitem virum suum magnis precibus rogavit, ut sanctæ Trinitatis, sanctæque genetricis Dei intuitu, villam a prædicta absolveret servitute. Cumque comes illam increparet, quod rem sibi damnosam inaniter postularet, prohibuit constanter,

Stanter, ne ipsum super hac re de cetero conveniret. Illa contrario, pertinacia muliebri ducta, virum indefinenter de petitione præmissa exasperans, tale responsum extorsit ab eo. Ascende (inquit) equum tuum nuda, & transi per mercatum villæ, ab initio usque ad finem, populo congregato, & cum redieris, quod postulas, impetrabis. Cui Comitissa respondens, ait. Et si hoc facere voluero, licentiam mihi dabis? Ad quam comes, dabo, inquit. Tunc Godyva Comitissa, Deo dilecta, die quadam, ut prædictum est, nuda equum ascendens, crines capitis, & triclas dissolvens, corpus suum totum, præter crura candidissima, inde velavit, & itinere completo, a nemine visa, ad virum gaudens, hoc pro miraculo habitum,

habitum, reversa est. Comes vero Leofricus, Conventrensem a præfata servitute liberans civitatem, chartam suam inde factam sigilli sui munimine roboravit. Equidem non diffiteor, nihil de hac historia in Fastis legi Coventriensibus, ad calcem¹ operis hujus, e Codice MS. ab amicissimo Viro Thoma Jeffono, A. M. & Ædis Christi Oxoniæ capellano, communicato, a memet nunc primum divulgatis. At satis præclara de illa habet cl. Dugdalius, cujus proinde hic adferam verba, præcipue vero quum Johannis Tinemuthensis Historiam Auream, nondum editam, sed dignissimam quæ lucem adspiciat,

1. Vide Appendicem, num. XII.

EDITORIS

citet. This Leofrik (inquit¹ vir clarissimus) wedded² Godeva, a most beautifull and debout Lady, Sister³ to one Thorold Shiriff of Lincolnsh. in those days, and foundez⁴ of Spalding-Abby: As also of the stock⁵ and lineage of Thorold Shiriff of that County in the time of Kenulph K. of Mercia. Which Countess Godeva, bearing an extraordinary affection to this place, often and earnestly besought⁶ her Husband, that for the love of God and the blessed Virgin, he would free it from that grievous serbitude whereunto it was subject: but he, rebuking her for importuning him in a matter so inconsistent with his profit, commanded, that she should thenceforth forbear to move therein; yet she, out of her womanish pertinacy⁷, continued to solicit him, insomuch that he told her, if she would ride on Horseback naked from the one end of the town to the other,

1. Antiq. of Warwicksh. p. 86. 2. Ingulph. f. 507. b. 3. Ib. f. 519. a. n. 30. 4. Ib. 5. Ib. f. 510. n. 10. 6. Hist. MS. Joh. Tinemuth. in bibl. Bodl. lib. 18. Cap. 99. 7. Vide M. Westm. in an. 1057.

in the sight of all the people, he would grant her request. Whereunto she returned, But will you give me leave so to do? And he replying, yes; the noble Lady, upon an appointed day, got on horse-back naked, with her hair loose, so that it covered all her Body but the Legs, and thus performing the journey return'd with joy to her Husband: who thereupon granted to the Inhabitants a Charter of freedom; which immunity I rather conceive to have been a kind of manumission from some such servile tenure, whereby they then held what they had under this great Earl, than onely a freedom from all manner of Toll, except Horses, as Knighton affirms: In memory whereof the picture of him and his said Lady were set up in a South window of Trinity-Church in this City, about H. R. 2. time, and his right hand holding a Charter with these words written thereon.

I Luriche for the love of thee
Doe make Cobentre Tol-free.

Ex his, quæ diximus, fatis opinor esse perspicuum, historio-

lam de Godiva esse intelligendam. Nec quis est, quod sciam, qui eo modo quo & Bowerus ad Matildem retulerit. Verum enimvero ideo forte deceptus fuit Bowerus, quod privilegia, quæ in gratiam Angliæ populi ab Henrico marito obtinuit Matildis, eodem tempore commemoraverit Fordunus quo & historiolum hanc de Godiva narravit.

Sed ecce verba ipsa Boweri, ut error manifestior fiat. Hæc scilicet, mox post Epitaphium Matildis, quod e monasterio Westmonasteriensi capitulo xxix. libri v. exhibuit Fordunus, inserta. *Sponsus ejus rex Henricus, ejus persuasione & consilio, anno M. c. ii. constituit Canonicos regulares* in

in Carlile. Causa autem quare bona vocata fuit hæc. Inolevit tunc temporis in Anglia quædam consuetudo pessima & servilis angaria communienses nimium depressiva. Erat etiam regina compaciens valde, & super pauperes afflictos pia gestans viscera. Adit propterea regem, & obnixè, ^r cedule oportuneque petiit, hujusmodi corruptelam e medio tolli. Rex autem, multiplicatis intercessionibus pulsatus & devictus, tandem commotus, sic fertur respondisse. Dummodo tu, Domina, unam rem, quam exoptulo, feceris, perficiam quod hortaris. At illa jocundata improvise tum petendam rem concessit, credens Dominum regem nil velle petere præter quod decens licitumque foret & honestum. Edixit

r. Sic. ergo

ergo sibi rex, ut pro ejus amore nudata omni veste meridie quoque Londoniarum mediam plateam a fine ad finem equitaret. Cui ultro consensciens, amœniore die nacta, capitis sui capillis & aureis ^{i.} cinceniis decenter scapulis & corpore expansis, & usque genua protensis, rege & populo spectantibus, equitaturam perfecit; propter quod plurimum a rege condilecta, & ab omni populo commendata, bona deinceps regina est vocata, & universa plebicula de domo servitutis & angaria perpetue liberata. Unde per litteram regiam impetravit hujusmodi manumissionis libertatem. Tam Godiva (ut jam innui) quam & Matildis magnam laudem ex hoc, quod a maritis impetrarunt, adeptæ sunt,

^{i.} L. cincinnis.

sunt, neque facile dictu est, quantum harum feminarum nobilissimarum vel admirationi dediti fuerint populi, vel charitate flagraverint. At vero verba Chartæ sive litteræ Henrici e Bowero non adduximus, quod eadem plane est cum illa, quam alibi ipse nobis dedit Fordunus, ubi tamen ne $\gamma\mu$ quidem de Matilde nuda equitante.

§. 22. Historiolam de Godiva dum breviter exposuit Fordunus, diligenter attendit Bowerus, licet postea perperam de Matilde eandem intelligendam esse docuerit. Absurde etiam finxit, hanc ob causam *bonam* cognominatam fuisse Matildem.

Nec minus absurde ea de causa *bonam* cognominatam fuisse Matildem finxit. Leofrici uxor Godiva cruribus divaricatis per Coventriam nuda equitavit. Nova mulierum equitandi consuetudo per Annam, Richardi II. uxorem, primum introducta.

lieres de omni statu equitabant ut viri tibiis super equos divaricatis. Inde & in Indice nostro ad Rossum legitur: Uxor ejus [Richardii sc. II.] Anna prima in Anglia femina quæ mulierum novam equitandi rationem introduxit. Atque eidem Rosso, ni fallor, acceptum tulit, quod de eadem hisce verbis memoriæ prodidit Joannes Stoveus¹: In this Queene's dayes, began the detestable use of piked shooes, tyed to their knees with chaines of siluer and guilt. Also noble women used high attire on their heads, piked hornes, with long trained gownes, and rode on side saddles, after the example of the Queene, who first brought that fashion into this land, for before women were used to ride astride like men. Hæc enim res ab aliis historiæ nostræ antiquis

1. Annal. p. 295. Ed. fol.

ſcriptoribus, præterquam a Roſſo, neque (quantum ego ſentio) celebrata eſt neque pertractata.

§. 23. Tametiſi de conſuetudine veteri cruribus divaricatis equitandi non locutus ſit Bowerus, proculdubio tamen ejuſdem commemoratio eum in ſummam traxit admirationem. Poſt novam autem ab Anna (regina excellentiſſimæ formæ) introductam, antiquam mortuam eſſe, nec ulterius valuiſſe, nemo mirabitur, qui conſideraverit, eam, licet affluentem omni lepore, & venuſtate, ob virtutes tamen, & in ætate etiam maxime lubrica atque incerta, pudorem, (qui formam mire honeſtabat) *bonam*

Annæ ejuſdem virtutes, Tabula Londonienſis, à Forduno commemorata, qualis.

itidem vocatam fuisse, testante eodem Rosso. *Ista automaticè longo ex post tempore bona regina Anna nuncupata est*¹. Imo tanta fuit in unius feminæ regiæ, suæ ætatis feminarum omnium formosissimæ (sicut & ipse Richardus II. inter omnes principes corporis specie eminebat) libera voce majestas, ut tota fere multitudo ejusdem consilia fuerit secuta, vota pro salute suscepta libentissime reddiderit, diesque festi ejus rogatu celebrati fuerint. Hinc Rossus²: *Ad hujus reginæ instantias festum Sanctæ Annæ erat primo celebratum in Anglia. Hæc nobilis [regina] quamdiu vixit semper laborabat pro pace in-*

1. Rosii Hist. Regum Angl. p. 205. 2. Ibid.

P R Æ F A T I O.

ci

ter regem & dominos, & multum bonum fecit discordes pacificando. Jure merito igitur mortem ejusdem lugebat Richardus, qui sane salutem suam ipsius judicio ac sapientiæ pariter atque pietati debuit; quippe cujus nutu & hortatu populi infani ac vecordes, avaritiæque, luxui, atque inertiae, malisque omnibus quasi dediti, statim dissipati, conquieverint, ipsique subditi a rege fuerint comiter recepti. Inde pergit Rossus¹: Sed ipsa mortua, rex insano usus consilio suos dominos interfecit, quosdam pro imperpetuo bannivit, & inde demum sequebatur sua finalis destructio, & suorum Consiliariorum cum magna

1. Rossi Hist. Regum Angl. p. 205.

vindicta

vindicta ultimata dampnabilis mortificatio & exhereditatio. Et jam illorum desideriiis abunde satisfactum esse arbitramur, qui forsitan a nobis, his in disquisitionibus aliquantulum versatis, rationem equitandi qua usæ sunt feminæ apud nos priscis illis temporibus, quibus floruit Leofricus, expectant. Nunc revertamur ad Fordunum, apud discipulum suum Bowerum, (Aberdoniæ, ut mihi videtur, vitam agentem,) de aliis quoque vetustis rebus differentem. Atque tunc temporis injecta mentio erat de *Tabula Londoniensi*, quam ipse citat Fordunus. Hæc plane historica erat, & e pensilibus illis Tabulis, quarum mentio

tio sæpius in Annalibus antiquis. Nam in id unum fere omnia consilia contulerunt Historici plerique veteres, ut res gestæ palam fierent per id genus monumenta. Talis equidem Tabula pensilis Jernemuthensis, in Lelandi Collectaneis ¹ a nobis producta. Talis etiam illa Abbingtoniensis, in ejusdem Itinerario ² a nobis itidem prolata. Quin & talis item illa fortean Chronica Osneiensis, quam ipse citat Lelandus in eodem suo Itinerario ³. Nam & Chronicæ locari solebant in Aulis cœnobiolorum publicis, ut eo pacto virorum clarorum res gestas facilius memoria tenerent monachi,

1. Vol. VI. p. 285. 2. Vol. IX. p. 200. 3. Vol. IV. p. 132.

aliique in cœnobiis diverſantes. His tabulis illa inferenda curabant, quæ ad cœnobia ſua præcipue ſpectarunt. Adeo ut in diverſis cœnobiis diverſæ fere chroniçæ brevieuſculæ conſpicerentur. Unde certe conjeçerim, Chroniçam ſive Tabulam Osneienſem a Lelando citatam diverſam tam a ¹ Roſſiana ² Digbæanaque, quam & ab aliis ſimiliter fuiſſe, multaque, quæ tum Oxoniæ tum in partibus vicinis contigerant, fuiſſe complexam. Id quod liquet ex illis, quæ e Chroniça exhibuit Lelandus. E qua Chroniça & notam

1. Chroniça nimirum optimæ notæ apud Osney a Roſſo, dum Oxoniæ erat ſcholaris, inſpecta. Vide Roſſi Hiſt. de Regib. Angliæ, p. 100, 203. 2. Egregio nempe Codice Digbæano, à cl. Langbainio laudato, qui Chronicon Osneyenſe eundem appellat.

illam

illam extraxisse censuerim Lelandum, de proelio cruento (nam multum in acie sanguinis fufum est) inter Egbertum (qui illo die non ducis magis, quam militis munera exsequebatur) & Ceolwlfum. Hisce scilicet verbis ¹: *A. D. 821. fuit grave bellum inter Egbertum ² & regem West-Sax. & Ceolwlfum regem Merciorum inter Abingdon & Oxford in loco qui Cherrenhul dicitur victore Egberto.* Id quod etiam alibi monui. Ipsi colles vel tumuli, quos *Cherrenbul*, ut existimo, appellabant, nunc adspiciuntur (juxta campum opportunum explicandis copiis) haud procul ab Hinxeia Australi, viculo in via quæ

1. Lelandi Itin. Vol. IV. p. 132. 2. Tò & deleri forsan debet.

pedites recta ducit ad Abbingtoniam. Quos tamen colles a militibus erectos puto, haud aliter atque *Lyichelmer-hleape*, vulgo *Cuckamseley-hill*, (ubi montium perpetuum quasi dorsum in Euro-aquilonem excurrit) cis Hungerfordiam in agro Berche-riensi, milites quoque erigebant. A collibus, quos dixi, non longe distat *Childswell*, prædium nempe sic cognominatum a fonticulo celebri, e quo aquam si feminae (ut fertur) haurirent steriles, sensim (id quod de fonte quodam Siciliae retulit Solinus¹) gravidæ fieri solebant. Nam sic vir cl. Leonardus Huttenus²:
The first [thing] that occurreth to our eyes

1. Polyhist. cap. V. 2. *Antiquities of Oxford*, ad finem Textûs Roffensis a nobis editi, p. 345.

from this place [Bagley-wood-Gate,] is an House upon the left hand called Childswell in the ascent of an Hill, where old traditions saie was sometymes a Religious Chappell neare unto a Well, which Well, by the Holynes of the Chaplaines successively serving there, had a vertue to make Women that were barren to bring forth Children, and soe gave name to that Place. Et recte capellam me-

morat Huttenus. Ejusmodi etenim capellam etiam nuper ibidem existisse senex quidam rusticus mihi ambulanti (nam celebrata ædificia cognoscendæ vetustatis avidum me trahunt nonnunquam extra terminos Aulæ Edmundianæ) serio narravit, qui & asseruit, seipsum, ut ita faceret mandante villico, cui prædium elocatur, eandem diruisse, atque inde impune abiisse. Jam collibus sive tumulis

illis, *Eheppenhul* vocatis, arx, ni fallor, imminebat, (cui præsidium militum impositum fuit) e qua facillime conspici poterant ædes Childswellianæ, locus ad infidias satis commodus, juxta quas forte milites aliquamulti sese occultarant; quorum tamen consilia non ignorabant arcis propugnatores; e qua arce & sagittæ ad locum infidiarum, & vice versa, emitti poterant. Nec fere se hisce temporibus committent certamini, extra quam e locis quos occuparant usque ad hostes sagittæ adigi possent. Fateor quidem nulla arcis vetustæ nunc remanere vestigia. Num tamen cui dubium esse poterit, locum lustranti, ejusmodi arcem ali-

aliquando exstitisse? Conditam nimirum e terra a militibus aggesta, non e faxis? E terra, inquam, tantummodo constabat, arte ædificandi e lapidibus nondum apud Anglos recepta, quæ tum demum valere cœperit quum Aluredus Magnus, princeps perelegantis ingenii, jureque merito parentis loco dilectus cultusque, folio potiretur, qui, quomodocunque ab hostibus vexatus, universasque vires semper discrimini bellorum offerre coactus, artifices id genus e Normannia accersivit. Cujus sane exemplo & ipsi subditi laborem, operam, pecuniam ædificiis lapideis impenderunt, e quibus fuit Grymbaldus ille, quem

quem testatus est Afferius Oxonii ecclesiam D. Petri in Oriente construxisse de faxis summa cura perpolitus. Atque hæc faxa e lapicidina Hinxeyana secundum colles Cherrenhullianos effossa fuisse existimaverim, licet nihil de eadem vel Afferius vel etiam alii coævi auctores litteris mandarint. E qua lapicidina & Aulas Aluredianas Oxonii (in quibus priscis illis temporibus multum profecerunt scholares, otii quietisque cupidissimi) extractas fuisse contenderim, si modo concedas lapideas re vera fuisse, non vel ligneas vel etiam lateritias, aulas illas insignes quas condidit Aluredus, severissimarum justissima-

firmarumque legum (quas in linguam verterat vernaculam) & disciplinæ convenientissimæ in Academia, quam instauravit, Oxoniensi auctor; tamque elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ & Mæcenas, & admirator, ut non libros sacros modo, sed etiam alios optimos scriptores, præcellentes ingenio viros, P. Scipionis Æmiliani

1. ¶ Also Cisterciens. l. vi. cha. i. saythe that kynge Alred ordeyned open scoles of diuerse artes in Oxford and he turned the beste lawes in to his mother tonge and the psalter also | he raygned in the yere of our Lorde God. viii.c.lxxiii. E libello quodam perraro sed mutilato, (penes V. amiciff. Thomam Rawlinsonum, armigerum,) sic inscripto: ¶ A compenduous Oude treatyse shewynge | howe that we ought to haue the Scripture in Englyshe with the Autours. Ad cujus calcem: Imprinted by me Rycharde Wanches | dwellynge in gracious strete | besyde the cundyte. Est & alia ejusdem libelli editio. cujus quidem ipse, inter alios libros vetustos, possideo exemplar, minime mancum, & ad finem hæc de loco, ubi excusa est editio hæcce, reperio: ¶ Emprinted at Warlborrow in the lande of Hessen | be my Hans Luft | in the yere of owre lorde M.CCCC. and 333.

(qui

(qui nihil in vita, nisi laudandum, aut fecit, aut dixit, aut sensit) ad instar, domi militiaeque secum habuerit.

Ea quæ in Anglia didicerat gratus Amicis agnovit Fordunus, quippe quæ in Chronico suo magno erant usui.

§. 24. Quonam in loco penderet Tabula Londoniensis incertum est.

Haud dubie tamen ad cives pertinebat Londonienses, a quibus ut sibi ostenderetur haud ægre affectus est Fordunus. Namque intelligebant, Fordunum magnum opus juri publico destinare, neque fas esse ipsi quidpiam denegare, quod usui atque commodo esset futurum. Atque eo promptius monumentum hoc multaque præterea monstrarunt, quod de rebus itidem Anglicis in eodem opere

opere acturus erat. Quem potissimum in finem & in Angliam ibat. quippe qui optime cognovit, in Anglia plura monumenta ad servari, in Scotia prorsus desiderata. At non tantum e tabulis, codicibus, aliisque vetustis monumentis (quorum auctores nonnunquam verbis fuerunt rudes, utcunque sensibus celebres) per plura colligebat, sed & ab ipsis etiam hominibus doctis, quibuscum colloquium habuit, permulta accepit ad rem suam ad prime spectantia. Quod beneficium Amicis postea gratus agnovit, & ut trabali clavo, quemadmodum dicitur, idem figeret, chronico suo haud pauca inferere apud se statuit, quæ in

Anglia didicerat. Sed quo minus omnia, quæ instituerat, abfolveret, mors obstitit acerba. Quam ob causam & pauciora etiam in hoc chronico habemus de Alredo Magno (principe omnium seculorum memoria digno) quam alioquin voluit auctor celeberrimus. Nam, ut mea fert sententia, si non expectatione immaturus a morte sublatus fuisset, de rebus nostris Oxoniensibus pro virili scripsisset, præcipue de Aulis Alredianis & de Collegio Balliolensi. Inter ambulandum Oxonii, paullo curiosius ab eruditis, locorumque peritis, de fluvio Thamenfi (ponte sub licio urbi, cuius mentionem tempore Vespasiani

fiani notavit Brianus Twynus, olimque multa silvarum amœnitate inumbratæ, conjuncto,) perquirere visum est. Atque inde nata quæ de Edmundi Ironside (laudatissimi herois, cujusque virtus clarissime emicuit) morte retulit; quam etiam e Codicibus, quos eruditi monstrarunt, collegit Fordunus, quo casu extinctus esset, antea, ut videtur, ignarus. Edmundum nimirum hunc, a vum exonerantem, in domo purgatoria occidit sub eadem occultus vel Edricus proditor, vel saltem ipsius Edrici proditoris filius², patre

1. Coll. MSS. in turri Scholarum Oxon. 2. Vide Præf. nostram ad librum cui tit. *A Collection of curious Discourses, written by eminent Antiquaries upon several Heads in our English Antiquities*, s. 16.

impellente atque incitante. At pater sceleris tanti (& quidem omnes facinus fœdum, & ab omni hominum memoria maxime nefarium, uno ore detestabantur, eaq; de caussa subditi lachrimis obortis crebros edebant gemitus ejulatusque) pœnas meritas paullo post dedit. Simul ac enim nunciatum est Canuto, Edmundo alioquin inimico, cui sane gratum fore arbitratus est Edricus, ut e fenestra in Thamesim præceps dejiceretur proditor, jussit. Id quod factum est, locumque, ubi demersus est, diu postea advenis ostendebant incolæ, qui & idcirco ejusdem conspectu oblectabantur, quod ibidem nonnunquam habitare so-
leret

leret Edmundus, Academicorumque principes cum hospitio, tum consuetudine captos, jucundissima sibi familiaritate conjungere. Adeo ut antequam conderetur Palatium Bellofitanum, ædificium equidem perpulchrum & ambulachris exquisitissimis ornatum, Oxoniæ, Oxne-ropda luph Anglo-Saxonibus dictæ, essent ædes regiæ, mire itidem munitæ, (licet tantæ molis nulla nunc exstent vestigia) quæ proinde ædibus sive villis illis *motatis* neutiquam erant dissimiles, quarum meminit Afferius Menevensis. Neque dubito quin Edmundus, uti & Ælfrerus Magnus, aliique reges

i. Chron. Sax. p. 139. sub anno MIX.

Saxonum & Normannicæ profapia aviti in celebritatibus trium festorum Nativitatis, Paschæ & Pentecostes, Proceres utriusque ordinis ad curiam seu aulam suam his in ædibus Oxoniæ (civitatis optime sitæ, sive loci conditionem & amœnitatem intuearis, sive ventorum rationem, cujusque pulchritudo ac venustas omnium oculos in semet haud immerito convertit) constitutam convocarint, ibique solennitate peracta aliquando pro re nata deliberarint de arduis regni & ecclesiæ; quæ tamen festivitates non tenebantur uno in loco, ut bene notavit eruditissimus Recordator de Leedes (in agro Eboracensi)

—CXVIII—
Fran-

Franciscus Whytus, armiger, in Annotationibus suis in Vitam Ælfredi Magni Spelmannianam nondum editis.

§. 25. Statim Fordunus, ut ab Oxonio discessit, Northamptoniam (urbem satis amplam, ædificiisque elegantem) pedes contulit, ubi sibi reique publicæ litterariæ non defuit, sed ea qua decuit modestia illos, qui domibus ibidem religiosi præfuerunt, adiit, humiliterque, ut sibi porrigerent, quæ ad res Scoticanas pertinerent,

Supplementum Scotichronici magna ex parte è pugillaribus Fordunianis decerpit Bowerus. In Prologo Boweriano male innui, libros quinque duntaxat scripsisse Fordunum, è Codice manifestum est Harleyano.

1. Penes amicum nostrum pereruditum Radulphum Thoresbeium, cujus videlicet opus egregium, inscriptum: *Ducatus Leodiensis: or, the Topography of the ancient and populous Town and Parishes of Leedes, and Parishes adjacent in the West-Riding of the County of York.* &c. Lond. M.DCC.XV. fol. p. 536.

petiit.

petiit. Primo intuitu comper-
tum habuerunt, virum fuisse
non mediocri eruditione, dignif-
simumque cui chartæ codices-
que paterent. Proinde hoc be-
neficio impetrato, pugillaribus
suis aliquam multa ex illis mo-
numentis inferenda curavit,
quæ sibi tandem ufui fore præ-
vidit. Hinc quivis facile per-
spiciet, ea, quæ in Supplemento
Scotichronici de cœnobiis S.
Andreas & S. Mariæ de Pratis
Northamptoniæ memoriæ sint
prodita, Forduno vere esse tri-
buenda; cui & pleraque omnia
etiam Supplementi rectissime,
ut opinor, adscripserim. Quam-
vis enim in Scotichronici genu-
ini Codice Galeano non compa-
reant,

reant, in pugillaribus tamen Fordunianis, quos dixi, reperit Bowerus, atque inde descripsit & pro arbitrio permutavit auxitque. Quid quod & inde liquet, particulam esse operis Forduniani, quod contentorum syllabum ipse ad initium libri adhibuerit Fordunus? Res igitur sic se habet, mea opinione. Pugillares illos, hanc partem operis exhibentes, in angulo quodam Musei seposuerat Fordunus, in quo post mortem deprehendit Bowerus, operique demum adjunxit. Quid si etiam dixerim, Fordunum pugillares istos ipsi Bowero indigitasse, quum jam ægrotus de rebus suis ageret? Perinde ac si vellet, ea

omnia ex iisdem decerpi, quæ
 in syllabo commemoraverat.
 Quod si objicias, syllabi frustra
 a nobis factam esse mentionem,
 quum Bowerus ipse non Fordu-
 nus ejusdem auctor fuerit, hoc
 falsum esse tum e superioribus
 manifestum est, tum & ex istis
 verbis, ad finem capituli XXIII.
 libri VI. in Codice Harleyano
 adjectis :

Actenus auctorem de Fordon sume Johannem,

Hinc opus auctoris & scriptoris superextat.

Alternative scriptor nonnulla priori

Inmiscit parti protractu marginis apte,

Intitulata tamen, quos Christus protegat. Amen.

Ulterius non fiant liniarum prorecciones.

Cetera sunt scriptoris primævi non ultimi.

E quibus verbis & illud mani-
 festif-

i. L. protracciones.

festissimum est, male in Prologo Boweriano innui, Fordunum quinque duntaxat libros contexuisse. Per *scriptorem* vero *primævum* Bowerum intelligit Magnus Makcullochus, seipsum per *ultimum*, quantumvis alibi significaverit, seipsum omnium additamentorum auctorem esse, quemadmodum & *liniæres protractiones* eas lineas denotant, quas in Prologo affirmavit Bowerus semper sub iis additionibus duci, quibus vox *scriba* non præmittitur. Nec prætereundum est, per vocem *cetera* omnes interpolationes esse intelligendas, quæ ab initio operis ad finem usque capituli xxiii. libri vi. occurrunt. Quam nostram

expositionem firmat nota ad
calcem ejusdem capituli in Co-
dice Regio:

Hucusque Scriba clarus, cetera sunt Scriptoris.

E cujus regione in margine ha-
betur:

Ulterius non sunt lineares protractiones.

Nec est quod suspiceris, notas
illas in Codice Regio a manu
esse recentiori, quum Rogerus
Galeus, amicissimus ille vir,
plane docuerit ab eadem manu
esse, a qua & ipse Codex fuerit
scriptus.

Muri Pi-
ctici reli-
quias in-
vestigat
Fordu-
nus.

§. 26. Huc usque res prospere
processerant, & omnino ex sen-
tentia Forduni. Northampto-
nia autem relicta, de muro Pi-
ctico cogitavit. Itaque eo iter
intendit, idque quo minus esset

molestum, duces aliquot expeditionis sibi comparavit, qui omnes aditus & opportuna muri reliquiarum loca noverant. Qui porro duces certam spem faciebant, multa esse inventurum ad res Scoticanas vehementer pertinentia. Huc igitur recta pergit, hominesque belle curiosi testes fuerunt, quanta cum industria muri reliquias circueverit, intimæque antiquitatis vestigia sit scrutatus. in quo omni negotio, non modo labore, sed etiam periculo suo versabatur, ne forte a Scotorum hostibus, hinc inde latitantibus & pro re nata erumpentibus, opprimeretur. Nam hoc semper fere factitatum fuisse experti erant

erant Scoti, ut in his finibus Angliæ regni, inimici anſam arriperent ea peragendi quæ maxime Scotis diſplicerent. Adeo ut hoc conſpicati, ſæpius, ne anticipi prælio dimicarent, ſe conſeſtim in interiora montium, anguſtias ſaltuum, aliaque loca tutiora receperint, ubi occasione uſi, Anglos infeſtare ſolebant, a direptionibus & incendiis non ceſſantes donec tales obtulerint conditiones, quas e re ſua fore ſentiebant; quod & nonnunquam idcirco lubenter fecerunt Angli, quia e patria præſidia advocare haud raro difficile eſſet, tantamque formidinem ipsis (utcuſque in ſilvarum ſolitudines atque latebras con-

confugientibus, & ignotis locis plerumque oberrantibus) interdum incuterent Scoti, (eosdem ferarum ritu velut in fovea deprehensos nonnunquam cædentes) ut pacem mallent, quam discrimina pene incredibilia subire. Verum, his non obstantibus, feliciter iter perfecit Fordunus, locosque singulos satis accurate peruestigavit. Quapropter & ipse noster Camdenus eundem in aliquibus est secutus. Unde & hæc de Thirlwall ex Forduno profert¹: *Obtinentes Scoti quæ cis citraque murum sunt regiones inhabitare cœperunt victores, ac citato repente rurali vulgo cum suis sarpis, quilibus, id est, ligonibus, rastris, tridentibus, & fossis-*

1. Brit. p. 658.

*fossoriis, patulas in eo rimas, foraminaque crebra perfodiunt, quibus utique promptum habeant aditum, & recessum. Ab illis ergo foraminibus, hæc deinde maceria hoc in loco nomen hodiernum cepit, Anglica enim lingua locus dicitur Thirlwall, Latine murus perforatus. Cave autem ne putes, portam illam posticam, Turl-gate vulgo vocatam, in Oxonia nostra, a muro itidem perforato nomen sumpsisse. Nec cum doctissimo (mihiq; dum in vivis erat amicissimo) Hickeſio¹ vel ab Anglo-Saxonica voce þýnel five þýnl, quæ foramen significat, vel etiam a Latina *turrella* deducerem. Ex antiquis enim chartis constat, To-*

1. Gram. Anglo-Sax. & Mæſo-Goth. p. 5. Ed. fol.

raldo cuidam id nomen debere, a quo & ipse vicus ad eandem ducens non aliud nomen olim prætulit, viro nempe divite (neque spernendæ auctoritatis, quippe qui domi forisque virtute & consilio floruit) cuique in hac parte urbis patrimonium satis amplum cesserat; haud aliter atque vicus alius in eadem nostra Oxonia satis notus, vulgo appellatus *Þenny-farthing-street*, five *vicus quinque quadrantum* (quam appellationem & in eruditis aliquot scriptis, perinde ac si rectissime se haberet, id quod miror, obtinet) a familia quoque antiqua atque opulenta, *Þanybadir* nimirum five *Þanyfadir* (ut *Þanybadir-street* five *Þanyfadir-street* proinde sit

vocandus) cujus mentionem in regiftris veteribus inveni, nomen fortitus eſt. Quemadmodum neque minus errant illi, qui a felibus ridicule opinantur denominatum eſſe vicum alium in Oxonia celeberrimum, *Catſtreet* vocatum, qui re vera nomen ſumpſerit a S. Virgine Catharina, ut alibi¹ oſtendimus. Perperam igitur illi qui & *vicum murilegorum* Latine dixerunt, in hac re innovatores plane, quamvis alioquin homines ita vultu truculenti & veſtitu ita horridi & inculti, ut ab antiquitate difceſſuros fuiſſe nunquam cenſuerim. Sed hæc obiter. Ad

1. Occaſional Remarks preſix'd to a Deſcription of the painted Glaſs in the Windows of the Pariſh Church of Fairford in Glouceſterſhire, p. 257. ad calcem Vitæ D. Thomæ Mori per Roperum.

Camdenum redeamus, qui sane monuit, se hæc verba a nobis adhibita ideo subtexuisse, quia non ubique prostat liber; in quo id peculiare, quod *quilibus*, id est, *ligonibus* præ se ferat, quum in nostris Codicibus *quilibet*, & *ligonibus*, idque rectius, ut videtur, legatur. Non tamen inficias ibo, melius *maceria* in Codice Camdeniano scribi, quam, ut in nostris, *materia*. Sed cui potest esse dubium, Codicem hunc mutuum accepisse Camdenum ab antiquario doctissimo D. Roberto Cottono, qui apud se perpendit, Cottonum ejusmodi Codicem possedisse, neque Forduni Scotichronicon unquam (si judicare licet e reliquiis eruditis)

ditis) vidisse Lelandum, cujus opera nunquam non ob oculos habuit Camdenus? Hoc muro Pictico nihil fere in historia nostra celebrius. Nec quidem id genus aliquid in historia Romana superat. Id equidem verum, Julii Cæsaris vitæ Auctorem, quem non tantum Italum cum doctissimo Dodwello¹, (viro vita ac moribus consentaneo, & in tantum laudando, in quantum intelligi virtus potest) sed & Ariminensem fuisse censuerim, litteris mandasse, Julium Cæsarem a Lemano lacu ad montem Juram murum per spatium decem millium passuum struxisse. At hoc opus omnes sunt mirati,

1. Dissert. de Julio Celso, §. 12.

utpote quod vix quispiam, eorum opinione, præter Cæsarem aggrederetur. *Fussis legatis* (verba ipsa sunt auctoris ¹) *Idibus Aprilis ad se redire, medio tempore suorum pariter & incolarum fretus opera ab ipso lacu ad montem Furam, quem prædiximus, decem² milia passuum murum, altitudinis pedum sedecim fossamque perfecit. præfidiis armatorum oportune dispositis; castellisque & propugnaculis impositis. opus mirum, vix credibile, nisi a Cæsare factum esset & a claris auctoribus scriptum, mandatumque memoriae, qui ipsis rebus interfuere. Jam si auctor iste qui Julium Celsum interpolavit (Celsum enim ipsum hanc vitam*

1. Pag. 21. Ed. Lond. 2: Lege, *miliam*.

primo scripsisse, alium postea sua qualiacumque addidisse, nam multa ab antiquitate pura Romana in eadem abhorrent, puto) si in nostra vixisset Britannia, murumque Picticum vidisset, quanta cum exclamatione Romanorum opera laudasset, Julii-que Cæsaris in Italia murum præ Pictico quam minimum brevissimumque esse asseruisset, utpote qui septies minor esset? Murum enim nostrum LXXXII. millia passuum longum fuisse tam ex ipsis ruderibus, quam & Auctoribus vetustis colligimus. Male igitur Eutropius xxxii. millia passuum assignat. *Novissimum bellum* (inquit¹) *in Britan-*

1. Eutrop. Ed. nostr. p. 112.

nia habuit [Severus:] utque receptas provincias omni securitate muniret, vallum per xxxii. millia passuum a mari ad mare deduxit. Sed mendum in numeros subrepsisse conjectura assequor. Favetque Camdenus. Et quidem conjecturam bonam esse ex ipsius Pæanii patet Metaphrasi. Sic etenim ille ¹: Ἰσατόν τε πόλεμον πρὸς Βρετανὸς συγκροτήσας, τὰς τε πόλεις ἀνεκτίσατο, καὶ τὰς ἐπαρχίας ἀσφαλιζόμενος, χιερὰ καὶ φείβεσθαι, Ἐπὶ δὺο ἑ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν σημείοις ἐκτεῖνας αὐτὸν πρὸς θάλασσαν. Adeo ut in Codicibus Eutropii Pæanianis cxxxii. scriptum fuerit, quemadmodum & in Codice Fuldenfi pariter atque in Historia Miscella, quam diligentissime pervolvit Fordu-

1. Vide ibid.

nus, (qui tamen in aliquibus ejusdem Codicibus cxxx¹. duntaxat reperisse videtur) legi notavimus²; errore nimirum proclivi pro LXXXII. quo modo plane scripsisse Eutropium nullus dubito, quamvis Spotswodius (historicus gravissimus) eos Codices sequatur³, in quibus xxxii. Verum de his plura in Eutropii nostra Editione.

Ubi in lapides antiquos, inscriptionibus signatos, incidit. Veterum sepulchra temporaria. Favoni Jocundi testamentum. Arx Eboracensis, in qua hospitabatur Severus. Præstantia monumenti Arthuri regis Glastonæ, pariter atque Apollinis Sagittarii Stunsfeldiæ.

§. 27. Iter inter rudera, & per callium anfractus, locaque non raro inania & ingenti solitudine vastata, persequenti Forduno (nam locorum squalor & solitudines neutiquam terrebant) nunciatur, multos

1. Vide Scotichronicon, p. 849. 2. Vide Ed. nostr. Eutropii in var. lect. loc. cit. 3. Hist. Eccl. Scotiæ, p. 3.

hinc inde cerni lapides, characteribus vetustissimis signatos. Quod Anuncium Forduno erat pergratum, (quippe cujus animo cupido inceserat talium rerum perquirendarum) epigraphasq; ea qua potuit cura descripsit. Ex hisce exploratum habuit, Romanorum aliquam multos Duces insignes in his partibus fuisse sepultos; tales nempe quibus præcipue rerum publicarum cura fuerit demandata. Quin & hic didicit, pro salute Imperatorum quosdam in Britannia nostra positos fuisse lapides, cum ejusmodi inscriptionibus quas penes se habet Joannes Murraius (vir ingenio & amicitia sua magni a me faciendus)

duſ) in ſchedis viri doctiſſimi Samuelis Woodfordi; ejuſdem ſcilicet Woodfordi, qui A.D. M. DC. LVIII. Syntagma edere in animo ſtatuerat, in quo Academiae Oxoniſis epitaphia daturus erat & urnas ſepulchrales, per urbis eccleſias repertas, & privata Collegiorum ſacella, ad hanc rem maxime ſtimulatus ex debita illa pietate, & amore quo ad morientis matris viſcera, & celeberrimos olim Alumnos tentum ſe, & reſtrictum vidit. Forſitan etiam quædam monumenta, in regionibus tranſmarinis reperta, olim in ſeptentrionalibus Britanniaë partibus exſtabant. Veteres enim non raro cineres ſuos ab una plaga in aliam

liam transferri jubebant. Hinc doctissimus Woodfordus, in schedis quas diximus penes cl. Murraium, notat quædam TEMPORARIA fuisse, idcirco nempe ita dicta, quod ob breve tempus ibi cadavera condebantur, dato fixoque intervallo, & certo die, quo ad Avitos transferrentur cineres. Plura id genus exempla; in quibus quidem locum vendicat testamentum insignifissimum Favoni JOCUNDI, quod suspectum habent Antonius Augustinus & Janus Gruterus. Neque est, quod egomet ipse pro genuino habeam. Ceterum qualecunque est, veterum hac in re consuetudinem clare prodit. Itaque hoc in loco dabo.

EDITORISI

EGO GALLVS FAVONIVS JOCVNDVS L. F.
 QVI BELLO CONT VIRIATVM OCCVB. JO-
 CVNDVM ET PVDENTEM FILIOS MEOS EX TEST
 HAEREDD. RELINQVO ET BONORVM JOCVNDI
 PATRIS MEI, ET EOR QVAE MIHI IPSI ADQVI
 SIVI. HAC TAMEN CONDITIONE VT AB
 VRBE ROMA HVC VENIANT ET OSSA HINC
 MEA INTRA QVINQVENNIVM EXPORTENT E
 LVSITANIA, ET VIA LATINA CONDANT IN
 SEPVLC MARM IVSSV MEO CONDIT. ET MEA
 VOLVNTATE. SIN SECVS FEC NISI LEGI
 TIMAE ORIANTVR CAVSSAE, VELIM EA

OMNIA QVAE FILIS RELINQVO PRO TEMPL
 DEI SYLVANI REPARANDO, QVOD SVB
 MONTE VIMINALI IN VRBE EST ADTRIBVI
 MANESQVE MEI OPEM PONT MAX. ET FLAM
 DIAL. QVI IN CAPITOLIO SVNT. IMPLO
 RENT AD IMPIET CONTRA FILIOS MEOS
 VLCICISCENDAM TENEANTVRQVE SACER
 DOTES DEI SYLVANI ME IN VRBEM RE
 FERRE ET SEPVLCRO CONDERE. VOLO
 QVOQVE QVOTQVOT DOMI MEAE VERNAE
 SVNT LIBEROS A PRAETORE CVM MATRIB
 DIMITTI, SINGVLISQVE LIBRAM ARG. ET
 VESTEM DARI

ACTVM. VI KAL QVINCTIL.

SER GALBA

L AVRELIO

} COSS

DECVRIONES TRANSCVDANI
 TESTAMENTVM HOC ORE

EIVS-

EIVSDEM GALLI EMISSVM

IN LAPIDE IVSSERE

ADSCVLPI

Nec tamen est, quod hoc in opere Forduni ejusmodi quas commemoravi Romanorum inscriptiones expectes. Scriptoribus enim monasticis inscriptiones Romanas interferere non erat solenne, sed earundem sententias, aliis atque aliis verbis conceptas, in medium proferre. Adeo ut arbitrer, non pauca hoc in Chronico a veritate neutiquam esse aliena, licet Auctoribus vulgatis minime sint consentanea; quippe quæ mihi videantur e lapidibus ab auctore fuisse collecta, nunc plane perditis & exesis. Potuit & ex
id

id genus monumentis addiscere, Severum Eboraci occisum fuisse, quamvis Scriptores Romani nunc extantes dissentiant, Beda etiam ipso dissentiente. Eboraci hospitabatur Severus in arce, quam tunc temporis *Auguraculum* appellabant. Quo nomine & aliæ apud veteres arces veniebant. quod non aliud est atque Hygeni in libro de Castrametatione *Auguratorium*. Eiusmodi arces *sedes belli* vocant alii. Eo certe cum Turnebo retulerim Suetonii verba in Galba²: *Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod SEDEM BELLO delegerat, repertus est annulus opere antiquo sculptura* (vel, ut alii, scul-

1. Comm. in Ciceronis Oratt. de re Agr. 2. C. 10.

ptura) gemmæ victoriam cum tro-
pæo exprimente. Ac subinde Ale-
xandrina navis Dertofam (male
codices illi, in quibus *Detorsam*)
appulit armis onusta. Neque ar-
ces istæ aliæ, quam Græcorum
ὀπυρνία. Et tamen si tales (quas
diximus) occurrerent in his lo-
cis Britanniaë inscriptiones, eas
ipsi Scoti non Angli conserva-
bant. Quemadmodum & in ipsis
Romanorum temporibus lapi-
des ipsos cum ejusmodi inscri-
ptionibus ab illis demum posi-
tos fuisse opinor, qui Scotis at-
que Pictis amici fuerint, quam-
vis se re vera Romanis favisse
palam profiterentur. Unde et-
iam conjicio, ejusmodi lapides
in domibus privatis occultos fu-
isse,

isse, iisdemque tantummodo
ostensos qui a Pictis non fuerint
alieni. Monumentorum sub ter-
ra jacentium, e quibus Antiqui-
tas mire illustratur, nullum est
testimonium certius quam Ar-
thuri, regis Britanniae invictis-
simi, epitaphium Glastoniae, ubi
inhumatus erat, repertum. Quod
epitaphium non tantum Le-
landus, Camdenus aliique scri-
ptores divulgaverunt, sed & in
vita Arthuri, Historiae suae bre-
vi Glastoniensi, nondum editae,
quam nuperrime vidi & incre-
dibili cum voluptate perlegi,
subjecta, commemoravit Auctor
pereruditus anonymus. Sub
humo autem hunc lapidem Ar-
thurianum occultabant ipsius
amici,

amici, ne hostes forsitan subriperent confringerentque. Ea de causa & pavimenta sua haud pauca tessellata sepeliebant Romani, Insulam deferentes, ut, si aliquando essent reversuri, salva atque integra reperirent, & ab hostibus intacta. Idque tam in planis campis, quam & in civitatibus (nunc direptis funditusque everfis) præaltis fossis, & munitissimis vallibus, cinctis, turribusque etiam, & situ & opere multum editis, ornatis. Tale sane pavimentum illud eximium Stunsfeldianum, quod Apollinem Sagittarium exhibere in Dissertatione ostendimus volumini octavo Itinerarii Lelandi præfixa, objectiones-

que ^{ἀναεντιπρήτως} diluimus in Præfatione ad ejusdem Lelandi Collectanea. Rationi nempe consentaneum est, ut Apollinem potius quam Bacchum in hac parte insulæ, qua tantopere delectabantur Musæ, suis in monumentis pingerent Romani. Atque hæc pavimenta militibus ipsis otio fruentibus tribuenda, laboribus alioquin bellicis exercitatissimis; qui quidem milites (plerique nimirum non juvenes, nec primo ætatis flore, sed, Alexandri Magni militum ad instar, veterani, & emeritæ quasi militiæ) egregie favebant litteratis, imperatorum sive ducum suorum jussu, summum in doctos favorem manifestissimis exemplis testatorum. §. 28.

§.28. Pauca, sed omnino ad rem, ex illis exquirebat Fordunus qui monumenta protulerunt, in quibus monumentis & aliqua fuerunt pavimenta tessellata his in locis effossa, minus tamen elegantia quam Stunsfeldianum; quippe quæ neque Apollinem, neque quidem Musas repræsentabant. Et tamen hæc monumenta magnum ad res Forduni momentum pepererunt. At de pavimentis nihil attinet dicere: nec admodum hic abs me dissentient eruditi. Ceterum illud plane habeo persuasum, quod nummorum vim ingentem Forduno porrexerint incolæ hic erutorum,

Incidit etiam Fordunus in nummos vetustos, dum muri Pictici reliquias exploraret. Nummi Peckiani penes editorem. Stellaturæ veterum. Nummi absque litteris S. C. dissentiente Senatu percussi. Imagines Nobilitatis insignia.

rum, ut qui eorundem utilitatem sibi esse perspectam intellexerint. Et rectissime judicabant. De nummis enim ipsis non tam sollicitus erat Fordunus, quam de rebus in iisdem declaratis. Propter hanc causam quum quotidie plures ipsi monstrarentur nummi: in tanto tamen numero illorum potissimum rationem habebat, e quibus doctior erat evasurus; reliquos vero ob antiquitatem tantummodo magni aestimavit, eamque sane ob rationem non desideravit solum, sed etiam poposcit, & flagitavit. In qua re antiquariis recentioribus non dissimilis mihi videtur, vel etiam illis qui horum studiorum sunt cul-

cultores: neque multum referre
puto Antiquarius, Historicus,
Philologus an Philosophus vo-
cetur, qui eorundem amore ab-
ripiatur, modo illud teneatur,
eum rempublicam litterariam,
non suum quæstum, in his stu-
diis profecquendis præcipue spe-
ctare debere. Res enim littera-
ria modo debite propagetur,
non est quod de nomine litte-
rati contendamus. Nam &
quem nos philologum vocamus,
is nihil aliud est, quam vir vere
doctus: & philosophi antiqui
non modo nomen sapientum
adepti sunt, sed & sapientissime
egerunt, bonasque litteras adeo
sunt profecuti, ut omnes inde
colligerent, istiusmodi homines
tu-

tuendæ æquitati, virtutique (sine qua nulla vera eruditio) promovendæ esse constitutos. Itaque vide quæso quanto in errore versentur, qui non antiquitatis illustrandæ reique re vera litterariæ propagandæ, sed curiositatis (quam vocant) vanæ causâ nummos etiam optimos expetunt. At in nummis diligendis, illos neutiquam contemnendos esse arbitror, qui figuras præ se ferunt, quamvis desint fere inscriptiones. Quamobrem æreos illos Gallieni nummos, quos nunquam viderat vel Occo, vel etiam Mediobarbus, magni facio, in quorum parte averfa figura muliebris stans cernitur, cum spicis in sinistra,

a cu-

indicatur, divitias quoque voluptatesque licitas tunc temporis affluxisse. Et tamen nitidior pulchriorque est hicce nummus posterior Gallieni, quam ut inter nummos maxima ex parte exesos & detritos numeretur. Utinam & idem posset dici de nummo quodam alio Peckiano penes me, majoris quidem moduli, sed cujus litteræ adeo evanuerunt, ut O tantummodo (idque in parte obversa) in eodem conspiciam, e qua, pariter atque ex effigie, Commodi nummum esse mihi videtur. Verum licet epigraphæ hujus nummi sint detritæ, litteram quam dixi si excipias, figura tamen quædam detruncata in ejusdem parte
postica

postica facit, ut minime sper-
nendum esse judicem. Nempe
in dextra ejusdem stellaturam
quandam mihi videre videor.
Nec aliam quam stellaturam
esse conjicio in nummo æreo A-
lexandri Pii, inter Peckianos si-
militer nummos in museolo
meo adservato, cujus inscriptio
in parte obversa licet perierit,
in parte tamen averfa clare le-
gitur, INDVLGENTIA AVG S. C.
Cum qua Imperatoris indul-
gentia optime conveniet stella-
tura ipsa, pariter atque in manu
læva cornucopia. Sed quænam
est, inquires, ista stellatura? Vel
quonam in bono auctore repe-
ritur vox ista horrida, de qua vix
unquam audivimus? Apud Lam-

pridium nimirum, qui de Alexandro Pio hæc protulit¹: *Annonam militum diligenter inspexit. tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid tulissent, capitali pœna affecit.* Formam autem ipsam stellaturarum (quas *σπαγία* historici Græci vocavere) vel ipse monstrabit nummus æneus ejusdem Alexandri, e Peckianis nostris hic subjunctus:



quem hunc in modum esse legendum nemini, ut existimo, dubium esse potest:

¹. P. 218. Ed. Lugd. 1620.

IMP ALEXANDER PIVS AVG.

[M]ARS VLTOR. S. C.

In hoc nummo cernis militem stantem, dextra clavam, sinistra clypeum. Stellatura vero est figura illa rotunda vel potius sphaerica (cui pene similes sunt pateræ quædam in nummis aliquibus Faustinae, Marci Antonini uxoris, Bodleianis) clavam quasi cingens, non altera ad brachii dextri cubitum, flammea seu potius flammeola vetera aliquatenus referens, quæ flammeola dignissima sunt, quæ ab omnibus, nummos antiquos examinantibus, & inter se invicem conferentibus, accuratissime considerentur, utpote quæ vexillis lineis perquam sunt similia.

Qua de caussa & de ejusmodi vexillis e nummis Bibliothecæ Bodleianæ ad initium cl. Dodwelli Dissertationis de Parma Equestri Woodwardiana mentionem feci. In qua Bibliotheca & quamplurimi sunt nummi cum id genus figuris, ducum vexilla exhibentibus, qui & vivi apud suos in maximo fuerunt honore, & mortui posteris præclaram sui memoriam reliquerunt; sicuti & in eadem bibliotheca nummos conspiciamus cum levibus scutis cetæ maxime speciem reddentibus, aliosque etiam e quibus colligimus, nonnunquam & ipsos militum gregariorum vexillarios flammeolis ornatos fuisse. id quod præcipue

cipue notandum est de nummo quodam præstantissimo ac rarissimo Alexandri Severi, anno Christi ccxxvi. percusso, (quo quidem anno thermæ institutæ sunt Alexandrinæ) quem aliquoties vidi in eadem bibliotheca Bodleiana. Itaque quoties oculos ad clypeos votivos nummosque veteres refero, toties antiquitas illa sancta & sobria mihi in mentem venit, quæ quominus virorum magnorum res præclare gestæ oblivione deleberentur impediabat. Quid mirum igitur si nummos ad tempora accommodarent Romani? quum & ipse quoque Senatus, quotiescunque hominum illustrium facinora egregia secum

ex-

exponderit, repente in mandatis dederit, ut illa in nummis aliquo modo exprimerentur? Itaque nemo, ut opinor, dubitabit, quin nummi vetustissimi ænei, in quibus S. C. litteræ non comparent, ab ipsis imperatoribus sine Senatus seu consulto seu etiam consensu fuerint percussi. Inde pro certo habeo, Juliae, Titi Imperatoris filiae, nummum ex ære rarissimum apud me Peckianum absque S. C. vel in scio vel dissentiente Senatu a Domitiano, Juliae patruo, percussum fuisse. Eo nimirum consilio, ut Juliae, quam in dedecus suum perpetuum vitiaverat, rem gratam faceret, simulque indicaret, se, Senatu etiam minus consentiente,

ente, nummos cudendi potestatem habuisse. In qua tamen parte non minorem injuriam Senatui factam fuisse quam legibus, omnes sciunt in vetustis auctoribus versati, e quibus clarum, Imperatoribus tantam licentiam olim non fuisse permisissam. Sed ut ea pulchritudine erat Julia, ut eandem summis laudibus non posset non tollere Domitianus, qui ex ejusdem amplexibus longe maxima & incredibili fere se fatiaverat voluptate, ita etiam invito Senatu (qui judicavit, nihil prodesse bonas leges condere, si libidines aliaque vitia earundem vi non reprimerentur) summos honores ipsi haberi voluit, perinde ac
fi

si certamen de principatu nequitia cum homine nequissimo (omni flagitiorum, scelerumque conscientia merfo) C. Caligula sibi instituisset. Sed quid opus disputatione verbosa? Nummus enim ipse eundem strenue reclamante Senatu cusum fuisse melius declarabit, quam ulla potest exponere nostra qualiscunque demum explicatio. Quapropter ectypum subjiciam, e quo liquebit, in parte postica Juliam ipsam repræsentari, cum corolla in dextra cornucopiaque in sinistra. Id notissimum est, apud Romanos imagines nobilitatis fuisse insignia. Has ergo qui habuerunt, eas summo studio coluerunt, & conservarunt.

Unde

Unde Polybius tradidit, festis eos diebus a pertis armariis illas exornasse, quum vero ex domesticis quispiam esset mortuus, in funere extulisse. Quem morem imagines ferendi in funere imitantur etiam in insignibus gentilitiis proferendis recentiores. Partim itidem eandem ob causam nummos cum mortuis sepeliebant veteres, præcipue si mortui e familiis essent nobilioribus, utpote qui & ipsi similiter nobilitatem denotarent. At quo plura in nummis virtutis indicia, eo nobiliores eosdem fuisse censebant ad quos spectabant. Nam, Juvenale ipso ¹ teste,
---nobilitas sola est, atque unica virtus.

1. Sat. VIII. 20.

Et quidem ¹ M. Cato, aliique sapientissimi homines, se virtute, non genere, v. populo Romano commendari putarunt. Quamvis igitur Julia nostra Titi, invictissimi optimique illius imperatoris, esset filia, vitia tamen tam foedam maculam nomini inufferunt, ut ne quidem vel ipsius imagines, vel etiam nummos æstimarent. Ideo ne utquam mirandum, tam raro hisce nostris diebus nummos ejus in eruditorum gazophylaciis inveniri. Sed en tibi nummum, quem dixi, Beckianum:

¹ Ciceronis in Verrem lib. V. §. 180.



quem hunc in modum legendum esse contendo:

IVLIA IMP T AVG F AVGVSTA
 CONCORDIA AVGVSTAE P[*ecunia*]
 C[*usa*] RO[*mæ.*]

§. 29. Quid factum sit de nummis Forduno porrectis, non est nostrum disquirere. præcipue quum plura quidem, quam volui, de ipsis nummis dixerim: & tamen ea, quæ certissima sunt consilii Forduni argumenta, prætermisi. Hoc in opere multa exstant de Severo. Et in nihilo

In Scotiam redux, & de rebus a se observatis sermonem habens Fordunus, differit forte fortuna de chartis antiquis librisque veterum.

diligentior fuisse videtur, quam in ipsius rebus gestis indagandis. Inde certissime constat, hujus nummos omnes sibi comparasse quotquot vel ab accolis vel ab aliis nancisci potuit. Neque proinde ambigo, quin aliquam multos eorundem secum in Scotiam tulerit. Verum enim vero & hi nummi indicia manifesta itidem præbebant quousque Romanorum exploratores five speculatores, ad muri fines plerumque constituti, pergere solebant; quæ res ipsi usui magno fuit in Scotiam tandem reduci. Sed peracto itinere, secuta est brevis sane, & quasi ad recipiendum spiritum requies: quo tempore lepide profecto quæ in Anglia

glia viderat amicis (ut supra etiam innuimus) retulit, indeque in potentiorum aliquot animos sese insinuavit, quippe qui natura comparatum sciverit, ut non modo vulgus, sed & alii etiam res antiquas ac mirandas summa cum attentione audiant, idque fere quantumvis vetustatis bonarumque litterarum sint quasi ignari atque rudes. Dum auditores voces ejus avidissime haurirent, multosque post se traheret Fordunus, (nam quocunque proficiscebatur, omnium ora, oculos, & animos in se, hominem in quo antiquitatis imago, & majorum severitas apparebat, convertit) in chartarum antiquarum mentionem forte

forte fortuna incidit. Hinc recta progressus ad varia genera librorum quærenda, non supervacuum putabat docere, *libros arborum* tunicas fuisse interiores corticis, suffectos in locum foliorum. Nam (ut Historiæ Naturalis auctor luculentissimus Plinius scribit¹;) *Palmarum foliis primo scriptitatum; deinde quarumdam arborum libris*. Ea de causa (ut hoc obiter notem) vocem nostram Anglicam *Book*, Anglo-Saxonicis *Boc*, ab antiquo verbo *Buck*, quod fagum significat, deducunt nonnulli, a materia scilicet in qua scriberetur. Inde *Buck-mast*, & *Buckingham* provincia, quod plena esset ejusmodi arborum.

¹ Lib. XIII. c. XI.

§. 30. Chartas multas in Anglia nostra inspexerat Fordunus. Nec has dissimulavit, sed pro virili de iisdem disputavit, anfa hinc capta de prato insignissimo inter Stanes & Windelshores, quod *Manengmead* sive *Maningmead* dicitur, disceptandi; in quo prato a Rege Johanne libertatum capitula, duabus chartis comprehensa, firmata fuerunt atque concessa. Hoc eo Fordunus, ut eo pacto quod sit inter chartam atque rotulam discrimen facillime intelligeretur. Verum hæc disquisitio ad jurisconsultos pertinet. Itaque illis eandem relinquo. Quid vero veteres appellarunt rotulam non opinor obscurum cuiquam, qui

Chartarum veterum mentio fecit, ut de Rotulis itidem differeret.

qui paullo diligentius vel in studiis antiquariis, vel in legibus etiam municipalibus fit versatus. In monumentis enim authenticis rotula idem valet quod volumen. Et libri ipsi quoque volumina in iisdem non raro vocantur: idque ab iis qui accuratissimi fuerint scriptores, & qui de antiquitate honorifice & senserunt & locuti sunt. Quapropter volumina singula veterum non pro multis, sed pro distinctis libris sunt accipienda. Adeo ut in hoc vocabulo (*liber*) id certe evenisse videatur, quod in plerisque aliis contigit; scilicet, ut in diversis ætatibus diversam fortitum sit significationem. Hodie volumen appellamus

mus quantumvis per plures contineat libros. Non ita veteres, qui totidem libros pro totidem voluminibus plane habuerint; apud quos profecto & rotulæ atque libri seu volumina idem plane fuerunt. Fecit vero ut rotulæ frequenti essent in usu difficultas librorum compingendorum, quæ in rotulis nulla cernebatur. Quid quod Rotulæ longe facilius a loco in locum portari poterant quam libri compacti? Quam ob causam ejusmodi librorum aliquatenus pertæsum tandem est, & in eorum locum successerunt Volumina sive Rotulæ, præcipue apud jurisconsultos illosque quibus ardua regnorum negotia fuerunt concredita.

In Rotu-
las ali-
quot,
quædam
irrepre-
runt veri-
tati diffo-
na.

§. 31. Fructus qui fit fecuturus
e Rotulis vetustis illi demum
compertum habent, qui de re-
bus veterum scribunt. Itaque
quam optime faciunt illi qui
caute fervant. Proinde & Co-
nisbeii sunt laudandi, qui sche-
dam antiquam membraneam
de familia sua inter monumenta
pretiosissima ponendam¹ existi-
marunt. Et tamen multa in Ro-
tulas aliquot irrepsisse veritati
neutiquam consona non est dif-
fitendum. Nam bonorum re-
gum adversarii vafre multa con-

1. In an ancient writing of parchment, kept carefully by
the family of the Conisby's among their Records, they have
this written :

William de Cognisby

Came out of Britany,

With his wife Tiffany,

And his maide Manfas,

And his dogg Hardigras.

E Coll. nostris MSS. Vol. LXXXVIII, p. 79.

finxe-

finxerunt, Rotulisque subinde inferuerunt, perinde ac si fides omnibus a se traditis habenda esset. Hinc & Caroli I. (imo Dei ipsius) hostes capitales, Rotulas, si Diis placet, advocant, obtinentque ad suum unius nutum omnia revocasse, & omnium vim legum in se transtulisse, neque vel patriæ, vel etiam publicæ utilitatis rationem ullam habuisse. Uti & insolentia elati non minori impudentia litteras plane fictas in medium proferunt, & ex illis probatum eunt, eundem Principum optimum in Hispania Pontificiorum amplexum fuisse errores, quos tamen econtra dilucide refutavit. Atque hoc perquam optime scie-

bant Hispani, qui idcirco, quo minus Carolo Philippi III. Hispaniarum regis filia illustrissima nuberet, obstabant. Unde videas, quid intersit inter virtutem veram & simulatam: inter amentiam furoremque, & bonorum consilium, atque prudentiam.

Rotulam unam atque alteram Forduno forte ostenderant malevoli, Joannem (postea Robertum tertium) filium fuisse Roberti II. illegitimum minus recte contententes.

§. 32. Rotularum Fordunum minime expertem esse sentientes auditores, Rotulam unam atq; alteram, ut conjicio, ostenderunt, in qua Joannem (postea Robertum III.) filium illegitimum Roberti II. fuisse afferebatur. quas tamen Rotulas hac in parte nullius esse fidei sapientissimi veterum statuerint. Neque enim omnia, quæ

quæ Rotularum similitudines habent, illico pro Rotulis genuinis sunt habenda, neque illum virum esse probum existimarem, qui principes esse spurios audacter scripserit a parentibus aliisque hominibus bonis pro legitimis agnitos, quamlibet vultu, gestu & sermone hominem probum mentiatur. Quam plenæ mendaciorum sint quædam Rotulæ, ante oculos exempla proposita semper habere possumus in Anglia nostra. Et hæc quidem ad nostrum institutum adprime faciunt. Eas inquam, quæ ad familiam Lancastrensem spectant. Tam Lancastrensis quam Eboracensis familia coronam sibi vendicabat, Rotu-

Rotulasque ad assertiones firmandas producebant. At tandem rectissime judicabant feciales, ad Eboracensem, non ad Lancastrensem de jure pertinere, nihilque valere testimonia, e Rotulis a Lancastrensibus advocata. præcipue quum Lancastrenses Chronicas authenticas destruendas curarint, in quibus Coronæ patebant jura. Chronicam certe Glastoniensem ab ipso Henrico Lancastræ duce (cujus corpus post mortem, referente Clemente Maydestone¹, in mare projiciebatur)

¹ *Post mortem ejusdem Regis [Henrici viz. IV.] accidit quoddam mirabile ad prædicti Domini Ricardi Archipræsulis [præfati Henrici IV. jussu decollati] gloriam declarandam & æternæ memoriæ commendandam. Nam infra triginta dies post mortem dicti Regis Henrici quarti venit quidam vir de familiâ ejusdem ad domum sanctæ Trinitatis de Howndeslow vescendi causâ; & cum in prandio sermocinarentur circumstantes de probitate morum ipsius Regis; respondit prædictus vir cuidam Armigero*

combustam fuisse notavit^r Bowerus. quippe quæ Eboracensibus rectissime adstipularetur. Qua tamen incensa, novas Chronicas suum in favorem concinnari fecit Henricus, eodem teste Bowero. Hæc serio apud se perpendant Juris Regii hostes; præ-

migero vocato Thomæ Maydestone in eadem mensâ tunc sedenti: Si fuerit vir bonus, novit Deus; sed hoc verissime scio, quod cum à Westmonasteria corpus ejus versus Cantuariam in parva navicula portaretur ibidem sepeliendum, ego fui unus de tribus personis qui projecerunt corpus ipsius in mare inter Berkingum & Gravesend. Et addidit cum juramento; tanta tempestas ventorum & fluctuum irruit super nos, quod multi Nobiles sequentes nos in naviculis octo in numero dispersi sunt, ut vix mortis periculum evaserunt. Nos vero qui eramus cum corpore, in desperatione vitæ nostræ positi, cum assensu projecimus illud in mare; & facta est tranquillitas magna. Cistam vero, in qua jacebat, panno deaurato coopertam cum maximo honore Cantuariam deportavimus, & sepelivimus eam. Dicant ergo Monachi Cantuariæ, quod sepulchrum Regis Henrici quarti est apud nos, non corpus: sicut dixit Petrus de Sancto David Act. 2º. Deus omnipotens est testis & judex; quod ego Clemens Maydestone vidi virum illum, & audiavi ipsum jurantem patri meo Thomæ Maydestone omnia prædicta fore vera. Clementis Maydestone Hist. de Martyrio Ricardi Scrope, Archiepiscopi Ebor. apud Whartoni Angl. Sacr. Part. II. p. 372.

E. Vide opus hoc, p. 1127.

fertim

fertim tergiverfatores five verſi-
pelles illi, qui frigidum afflantes
& calidum ex eodem ore (nam
ut fanatici œſtro percuffi modo
aiunt, modo negant) Thomæ
Merkes, Præfulis integerrimi
ſanctiſſimiq; Carleolenſis, Mani-
bus non pepercerunt. Neq; ſane
ipſe Fordunus ignorabat, Joan-
nem ex Elizabetha Mora, jam
Roberti II. uxore, genitum na-
tumque eſſe, licet nihil de eo-
dem memoriæ tradiderit. Ne-
que temere in hanc opinionem
ſum inductus. quippe qui aperte
videam, Chronici hujus partes
poſteriores adverſaria potius
eſſe (ut ſupra docui) quam hi-
ſtoriam accurate contextam, lo-
cumq; de Roberti II. liberis jam
ipſum

ipsum explicaturum seu potius refutaturum fuisse Fordunum, si modo fata fivissent.

§. 33. Seden tibi ipsa Forduni nostri verba¹: *Iste Robertus copulavit sibi de facto unam de filiabus Adæ More militis, de qua genuit filios & filias extra matrimonium; quam postea, impetrata dispensatione sedis apostolicæ & optenta, desponsavit canonice & forma ecclesiæ, anno scilicet Domini M. CCC. XLIX. A quibus neque ea sunt aliena, quæ adfert etiam Bowerus. Nam sic ille²: Et notandum est, quod prædictus rex Robertus de Domina Elizabeth, filia Domini Adam Mure, genuit tres filios, scil. Johannem, qui postea fuit rex, &*

Hac de re verba Forduni atque Boweri.

1. Pag. 962. 2. L. XIV. c. LIV. Vide opus nostrum, p. 1098.

Robertum ducem Albanie, & præmissum Alexandrum comitem Buchaniae, qui vulgariter dicebatur, Lupus de Badenach. Dehinc desponsavit Dominam Eufemiam filiam Hugonis comitis Ross, de qua genuit Walterum comitem Atholiae Dominum de Brechyn, & David comitem Stratherne. Sed mortua regina Eufemia, desponsavit præmissam Dominam Elizabeth, & sic virtute supervenientis matrimonii secundarum nuptiarum legitimati sunt dicti fratres, Johannes s. Robertus & Alexander, quia, secundum Canones, matrimonium sequens legitimat filios natos ante matrimonium, &c. Ceterum, ut clarius pateat, quid de Roberti ex Elizabetha liberis existimarit Bowerus, operæ pretium

tium esse duco, capitulum integrum xxxvi. libri xiv. hic inferere. nempe hæc in verba :

“ *De coronacione regis Roberti se-*
 “ *cundi, qui fuit primus rex de*
 “ *Stewartis.*

“ Post mortem magnifici prin-
 “ cipis Regis David, tres status
 “ regni convenientes in villa re-
 “ gia de Linlithgw, pro rege fu-
 “ turo sibi fiendo tractare cœ-
 “ perunt. quorum concors vo-
 “ tum extitit ad præferendum
 “ illustrem principem Dominum
 “ Robertum Stewart, nepotem
 “ regis David, juxta statum suum
 “ hereditarium & intentum tal-
 “ liarum super hoc primitus
 “ confectarum. Sed hujusmodi

“¹propositum contrarium se ex-
 “hibuit Dominus Willelmus de
 “Douglas, comes ejusdem, mili-
 “tari virtute conglobatus, alle-
 “gans sibi ex parte Cominen-
 “sium sive Balliolorum regio fo-
 “lio competere sublimari. Cui
 “Dominus Georgius de Dum-
 “bar comes Marchiæ & Johan-
 “nes frater ejus comes Moraviæ,
 “necnon nobilis miles Robertus
 “de Erskyne custos castrorum
 “de Dunbretanne, Edinburghe
 “& Strivelyne, in hoc clameo
 “²aparte restiterunt. Quibus
 “se resistere non posse perpen-
 “dens dictus Dominus Willel-
 “mus de Douglas, de consilio
 “prælatorum & procerum cessit

1. F. proposito. 2. L. aperte.

“suæ

“suæ inconfulte præsumptioni.
 “ubi tamen expedite fatis tra-
 “ctatum extitit, quod Jacobus
 “de Douglas primogenitus ejus
 “& heres filiam dicti Domini
 “Roberti regis futuri de legit-
 “timo thoro procreatam sibi
 “matrimonialiter copularet, &
 “ipse comes de Douglas una
 “cum filio suo regi se simpliciter
 “subderent & obtemperarent.
 “¹ At in sequenti festo Annun-
 “ciacionis nostræ Dominæ di-
 “ctus Dominus Robertus Stew-
 “art apud Sconam cum debita
 “solempnitate coronatus est.
 “Qui fuit humilis, mitis, affa-
 “bilis, ² wltu vir hilaris, rex ho-
 “norabilis, responsis lepidus,
 “statu spectabilis, statura ceteris
 “ &

¹ F. ac. ² Sic.

“ & corporis proceritate præ-
 “ eminens, tamquam alter Abra-
 “ ham pater fuit multarum gen-
 “ cium, non solum habundans in
 “ natis, sed & in ceteris divitiis
 “ animatis, ut sibi competere
 “ poterat hoc quod scriptum est
 “ Deuteronomii xxx. *Habundare*
 “ *te faciet Dominus Deus tuus in*
 “ *cunctis operibus manuum tuarum,*
 “ *in sobole uteri tui, in¹ fructe jumen-*
 “ *torum tuorum, in ubertate terræ*
 “ *tuæ, & in rerum omnium largitate.*
 “ Hæc omnia sibi evenerunt.
 “ Nam maxima habundancia vi-
 “ ctualium, fructuum & anima-
 “ lium tempore suo, ymmo pa-
 “ cis tranquillitas prosperata est.
 “ Sed de filiis suis quid dicam?
 “ Quidam erant pacifici & be-
 “ nigni,

¹ L. fructu.

“nigni, quidam insolentes &
“maligni, quia filiis suis con-
“gruere quidam putant illud
“Isaiæ LIX. viz. *quod confotum fu-*
“*erit ex ovis aspidum, erumpit in*
“*Regulum*, hoc est, quod ex ovis
“aspidis quo ad naturam ma-
“trum generatur Regulus, qui
“dicitur rex venenosarum be-
“stiarum sive serpencium. A si-
“mili de indisciplinatis matri-
“bus generatur iniquitas sobo-
“lis. Et ideo non est utrobique
“gaudendum, si rex vel princeps
“generet filium non matrimo-
“nialiter, sed ex voluptuoso con-
“nubio procreatum, sicut in sua
“Apologia scribit Isopus, quod
“quando natus fuit cuidam
“principi magnifico filius, omnes
“aulici

“aulici præ gaudio tripudiave-
 “runt, & lusibus indulserunt,
 “flente philosopho qui ad hæc
 “attendebat. Quærentibus cur
 “fleret respondit, *O stulti atten-*
 “*dite gaudium vestrum, quia quando*
 “*sol generat solem, omnis creatura*
 “*ingemescit. Hucusque habuimus*
 “*nisi unum solem, nec est qui se abs-*
 “*conderat a torrido¹ calor ejus, &*
 “*nunc sol multiplicatus vos omnes*
 “*incinerabit, & ad nichilum rediget.*
 “Sol certe regis Roberti placi-
 “dus erat & fomentativus suis
 “liegiis, sed multiplicatus in fi-
 “liis, hucusque caumate torrido
 “pauperes incinerat & regnum
 “conturbat. Unde de bastardis
 “sic quidam inquit:

1. F. calore.

“Pro-

“Prodiga natura bastardis dat tria jura:

“ Aut sunt pomposi, fures, aut luxuriosi.

Tantum vero adest, ut alii Codices cum Boweri Interpolationibus ac Continuatione a nostris in hac re de Elizabetha Mora discrepent, ut etiam Excerpta ex ejusmodi Codice Gloveriana eisdem per omnia respondeant. Itaque, ut opinor, non alia auctoritate nititur eorum argumentatio (si argumentatio vere possit vocari) qui suffragiis non hereditate tam ad Robertum III. quam ad alios principes regnum pervenisse prædicant. At quam levis sit hac in re auctoritas Boweri vel hinc clarescit, quod sibi ipsi contradixerit. Nam l. XIV. c. XLVIII¹. docuit,

1. Vide opus hoc nostr. p. 1071.

Eufemiam obiisse A. D. M. CCC. LXXXVII. Jam si Robertus Elizabetham in uxorem non duxerit antequam moreretur Eufemia, quomodo, quæso, potuit fieri, ut A. D. M. CCC. XLIX. eandem canonicè desponsaverit, quemadmodum cum Fordunus tum & Bowerus diferte ac aperte declararunt? Quomodo etiam Joannes Seneschallus comes de Carrik (postea Robertus III. appellatus) vocari potuit Roberti Seneschalli (postea Roberti II. Scotiae Regis) filius primogenitus ac heres, si nothus fuisset, & mater ipsius Elizabetha non nupta fuerit patri ejus ante Eufemiæ obitum? At vero eo titulo venisse jam Davide rege vivente
(cujus

(cujus nepos erat Robertus II.) testis est ipse Bowerus in charta, five littera quam adhibuit Davidis insigni de bonis episcoporum absque testamentis defunctorum¹; quæ quidem charta utinam anni quo confecta fuerit notationem præ se ferret, quam tamen notationem in ipsa quoque charta in Scotiae Archivis etiamnum exstante desiderari certiores nos fecit cl. Ruddimannus².

1. Vide opus hoc, p. 1108. 2. I had the Curiosity some years ago to look to that Charter of R. David in our publick Records; and found it the very last, and (which I thought more remarkable) the Leaf, on which some of the last Lines, containing the test of the Witnesses and Date, were written, has been lost or torn out, and that very probably before any of Fordon's Continutors, or any Historian we have now extant, ever saw it. For all of them that transcribe it, leave it off abruptly, as the Record does, without mentioning the Year of God or of the King's reign; which last I do not remember is ever omitted by our Kings in Charters of far more antient Date. E litteris Ruddimannianis ad cl. Grayum Maii 25. M.DCC.XXI.

E Rotulis magna ex parte historiam suam deduxit Fordunus. Rotulis certe nulla fides habenda, si ipsis contrariæ sint chartæ authenticæ.

§. 34. Ut plures Rotulas inspexit Fordunus, ita multa ex iisdem in adversaria traduxit. Neque hæc tamen tam ad voluptatem delectationemque fecit, quam ad lectorum usum. Tum ut quæque fuit ad manum, ita in descriptione princeps erat. Adeo ut contradictio si uspiam occurrat, Rotularum diversitati sit tribuenda, e quibus tam multa didicit Fordunus. Hæc dum ageret, interea litterati aliquot jam ad ædes suas pervenerant: qui & ipsi nonnulla de Elizabetha retulerunt, Rotulis quas diximus congrua. O aviditatem (nam omnia attente audiebat Fordunus) veritati historicæ calamit-

lamitosam, atque funestam! O casum illum Roberti III. juri infauftum & acerbum! O nequitiam illorum, qui ea fingebant, quæ chartis authenticis sunt contraria! Quam exclamationem nostram justam esse vel inde manifestum est, quod chartæ authenticæ in re tanta tam Forduno quam Bowero sint plane adversæ. Quod quum cognitum esset a viris aliquot probis memoriæ recentioris, & a Buchanano aliisque quibusdam dignitatis existimationisq; Seneschallorum hac in re nullam habitam fuisse rationem viderent, operæ pretium esse duxerunt, chartas hæc in apertam lucem proferre, atque inde demonstrare,

strare, Elizabetham Roberti II. primam fuisse uxorem, eam jam ipsi nuptam fuisse quum liberos ex eadem susciperet, Eufemiamque tum demum in uxorem duxisse quum fatis cessisset Elizabetha. Atque hanc operam bene collocatam esse omnes agnoscent, qui veritate nihil esse pulchrius sciunt, argumentaque vel e rotulis, vel ex *orali* (quam vocant) traditione ducta, inania planeque nullius esse momenti, ubi refragantur chartæ authenticæ, assertionesque contrarias confirmant. Itaque optime faciunt illi, qui ejusmodi subsidia advocant, nihilque operibus suis historicis inferunt chartis authenticis contrarium. Adeo
ut

ut qui contra eas peccant in jus ac iudicium vocari debeant, & tanquam mendaciorum editores damnari.

§. 35. Libros omnes, in quibus calumniæ (nam calumnias esse fatetur etiam cl. Nicolsonus ¹⁾) de Roberto II. ipsiusque uxore

Libri multi, in quibus calumniæ de Roberto II. ipsiusque conjugæ Elizabetha refelluntur, è quibus illum duntaxat recudendum censuimus Parisiis editum.

lectissima formosissimaque Elizabetha, suo quæque ordine, refelluntur, recudere, tum esset prolixum, tum & a re nostra alienum. At unus quidem est, quem denuo typis mandare monitis suis hortati sunt amici, egregium sane, & in bibliopolarum officinis nullibi, quod sciam, exstantem; immo quem

1. Vide Appendicem, num. XIII.

ipse mutuo accipere vix demum potuerim, donec tandem eo fine, ut ejusdem novam editionem in hoc nostro opere adornarem, transmiserit vir doctissimus, dignissimus qui in Scotiæ Annalibus celebretur, Robertus Grayus, Medicinæ Doctor. hac insuper addita conditione, ut ipse inter operis fautores numeraretur. Utamque conditionem libentissime sum amplexus. Neque tam stultus fui, ut occasionem tam opportunam oblatam negligerem, neque adeo cæcus, ut quod in rem meam pariter atque publicam esset non viderim. Habes igitur ejusdem novam¹ editionem, ad fidem exem-

1. Vide Appendicem, num. XIV.

plaris Grayani. e quo libello facile intelligi potest, Robertum II. desponsasse Elizabetham More (virginem eximio ætatis flore) anno circiter M. CCC. XL. dispensationemque a Sede Romana impetratam & obtentam fuisse ob consanguinitatem & affinitatem, non quod liberi ex eadem suscepti nothi essent, virtuteque nuptiarum consequentium legitimi facti. Atque hæc quidem fecerunt, ut & doctissimus Mabillonius Supplemento Operis sui eximii de re diplomatica libellum hunc inferuerit, & homo quidam eruditus in linguam nostram vernaculam verterit.

i. Qua lingua prodiit hoc titulo ornatus: *The Royal Family of the Stuarts vindicated, from the false Imputation of Illegitimacy formerly laid upon it by Buchanan, and*
 Vol. I. b b ma=

Verifimiliter, ut videtur, fuffegit Editor Parifienfis, ex Euphemia, non ex Elizabetha, liberos illos spurios, de quibus Historici, Roberto natos fuiffe. Auctoris noſtri verba ita poſſunt intelligi, ut nihil in eisdem erroris contineatur.

§. 36. Et jam, ut opinor, res eſt clara. Quod ſi plura deſideres, hoc poteſt addi, editorem ſcilicet doctiſſimum Parifienſem verifimiliter, ut videtur, fuffegiffe, non ex Elizabetha, ſed ex Euphemia liberos illos spurios (de quibus Historici) natos fuiffe Roberto, eoſque tandem legitimatos fuiffe, poſtquam eandem in uxorem jam mortua Elizabetha duxiſſet Robertus. Sententiam firmat Editor (providens homo) ex hiſtoria Joannis Majoris: ut contra inimicorum accuſationem,

maliciously reviv'd in a late Pamphlet, intitl'd, The Judgment of whole Kingdoms and Nations, &c. Their legal Deſcent being undeniably made out from Original Charters, and other Records. Lond. — 8vo.

si quando opus effiet, hac videlicet testificatione uterentur Seneschallorum amici. Et quidem longe momentosiora sunt verba Majoris, quam ut a nobis hac oblata occasione prætereantur. Proinde damus ad fidem Codicis impressi (nondum enim Codicem Majoris MS^{tum}. vidimus, nec eadem exhibent Extracta e Majori ad calcem Codicis cujusdam MS^{ti}. præclari ac eximii Jettiani¹) interpuncta. *Ex² Elizabeth filia dn̄i Adā Muræ tres filios Robertus Rex genuit: scilicet Joannem, qui postea fuit Rex: & Robertum Albanie ducē, & istū Alexandrū Buchanie comitem. Postea*

1. Vide Appendicem, num. XV. 2. J. Majoris Hist. l. vi, c. vi. fol. CXXI. b.

ex Eufemia Rossensis comitis filia Galterū comitē Atholiæ, & dominū de Brechin: & David comitē de Strateruē genuit. Mortua em Elizabeth Regina, hanc Eufemiā in cōiugē accepit, & matrimonii gratia proles legitimatæ sunt. Neque puto ex alio fonte, quam e bonæ notæ scriptis, ea quæ memoriæ prodidit accepisse Majorem. Mirandum itaque, Joannem Leflæum, episcopum Rossensem, virum alioquin integerrimum & fidelissimum, rerumque Scoticarum peritissimum, in communi errore versari, & ipsum etiam palam prædicasse Robertum III. ex Elizabetha nothum fuisse. Nam sic ille¹: Uxorem ha-

1. De origine, moribus & rebus gestis Scotorum, p.249. Ed. Romæ M.D.C.LXXV.

buit [Robertus II.] Euphemiam,
Comitis Rossensis filiam: quæ cum
illo multos annos suavissime transi-
gens, Davidem & Gualterum illi
peperit: quorum illum comitatu Er-
nevallis, hunc vero Atholiæ comita-
tu Rex postea donavit. Verum au-
ctior illi proles ex filia Adami Muri
Elizabetha (quam nulla matrimo-
nii lege sibi vinctam, diu ante Eufe-
miam habuit in deliciis) fuit. Hæc
enim illi tres filios, ac duas filias edi-
dit: quarum una Joanni Leoni elo-
cata postea fuit: altera clandesti-
num cum Joanne Dunbarro Georgii
Comitis Marchensis fratre inivit
matrimonium: quo nomine Comitatu
Moraviae postea a rege donatus
fuit. Nam Elizabetham tam inti-
mis sensibus complexus est, ut omnes
ex

ex illa susceptos liberos inde optimis
 fundis, illustrissimisque titulis cumu-
 laverit. Joanni enim (qui postea
 Robertus tertius vocatus est) hæredi
 suo, trium ordinum assensione con-
 stituto, Carictæ Comitatum, aliaque
 summi honoris munera abunde con-
 tulit. Robertum alterum Elizabe-
 thæ filium Fisenfi & Mentethio Co-
 mitatibus ornavit, Alexandrum
 autem natu minimum, Buquhanicæ
 Comitatu, ac Dominio Baidzenochtæ
 donavit. Hos tres cæteris natu ma-
 jores (tametsi extra matrimonium
 susceptos) ad regiam dignitatem,
 rejectis Eufemiæ uxoris filiis, eve-
 hendos publico trium regni ordinum
 edicto sancierat; quod illorum matre
 post Eufemiæ mortem in uxorem
 accepta, illos ita demum legitimo
 partu

partu fuisse editos diceret. Hæc tamen exhæredatio, magni odii inter liberos fomite subministrato, necis Jacobi primi Regis, ab Eufemiæ filio natu maximo editæ, causa fuit. Sed eo erroris adductum fuisse Lestæum facile inducor ut credam, quod rem minus accurate consideraverit, Hectoremq; Boetium in hac parte historiæ Joanni Majori (Theologo pariter ac historico eximio, quique veritatem summa fide sequebatur) anteferendum esse, non recte tamen, nec sapienter judicaverit. Forte etiam audiverat, Hectorem narrationem Forduno nostro acceptam retulisse. id quod verissimum esse abunde mihi liquet. Hac de re plura non dico.

dico. nam non est quod in re
 perspicua vel probanda vel il-
 lustranda diutius immorer. Ad-
 fis integerrimum doctissimum-
 que Sagium¹; sed ea sub lege,
 ut quæ ornatissimus comes de
 Cromerty in secunda libri sui
² editione produxit expendas &
 cum Sagio conferas. Verum Sa-
 gium idcirco indigitavi, quod
 defensionem, quam scripsit, ne-
 mo est in Scotia, re antiquaria
 insignis, quin habeat, quin le-
 gat, quin historicorum aliquot
 fidei sublestæ ex hac re commo-
 nefiat, rectissimeque proinde
 pronunciet: *Haud dubie Eliza-*

1. In Introductione nempe præmissa novæ Editioni Guilielmi
 Drummondi operum, Edinburgi excusorum A. D. 1711. fol.
 2. Cui tit. *A Vindication of Robert the third, King of
 Scotland, and all his Descendants, from the Imputation
 of Bastardy.* Edinb. MDCCXIII. 8vo.

betha Mora uxor prima erat Roberti II. misereque lapsi sunt omnes, qui Robertum III. nothum fuisse vel asseruerunt, vel etiam innuerunt. Quid quod & Auctoris nostri verba (meo quidem iudicio, quantumvis retuso) ita possint intelligi, ut & re vera Robertus II. Elizabetham Moram de facto in uxorem duxerit vel anno M. CCC. XL. vel potius, ut conjicit cl. Sagijs, anno M. CCC. XXXV. five M. CCC. XXXVI. ex eaque Joannem aliosque liberos suscepit, eam vero de jure five Canonice non desponsaverit ante annum M. CCC. XLIX. quo tempore dispensationem ob consanguinitatem concessit Pontifex Romanus? Hoc satis notum est omnibus, in

Vol. I. c c rebus

rebus antiquis versatis, nuptias inter tales consanguineos, quales erant Robertus & Elizabetha, pro nihilo olim habitas fuisse a Presbyteris, e quibus erat Fordunus, nisi intervenisset Pontificis Romani dispensatio. Itaque quamvis de facto eam in uxorem duxisset Robertus, illas tamen nuptias nullas re vera censebant Sacerdotes, alique etiam eorundem sententiam amplectentes, donec a Sede Apostolica Dispensatio fuerit obtenta, id quod demum contigit quoad Robertum nostrum atq; Elizabetham A.D. M. CCC. XLIX.

Codicis nostri Galeani, qui ad Hectorem Boethium aliquando pertinuit, præstantia.


§. 37. Quemadmodum autem inter hæc Hectorem Boethium memoravimus,

mus, ita etiam conjectare licet, ipsum hunc nostrum Còdicem Galeanum pro præstantissimo habendum esse censuisse. utpote cui exploratissimum erat, ea, quæ in Prologo litteris consignavit Bowerus, eidem maxime esse accommodata, nihilque proinde in hoc Codice contineri, quod non ab ipso Forduno emanaverit. Itaque re vehementer discussa, tandem statuit, tanquam *κειμήλιον* pretiosissimum servandum esse, & in archivis Collegii cujusdam eximii ponendum. At quum Codex ad se ipsum pertineret, licitumque ipsi esset huic vel illi loco, prout visum fuerit, donare, dum apud se in consilium, illico collegium Aberdonense,

donense, cuius ipse primarius
sive praefectus erat, occurrebat,
cogitabatque, nullum magis di-
gnum esse collegium, cui daret,
quam sit illud, cui praefuit. Col-
legii igitur, proxime & secun-
dum se, principes vocat. dicit
illis, se statuisse Johannem de
Fordun collegio dare. Agunt
gratias omnes, approbant con-
siliium. Procedit Hector repente
e conclavi. in museolum venit:
redit, secum adferens Codicem.
Ejusdem monstrat dignitatem,
auctoritatem, *audientiam*. Agnoscunt
omnes singulique. Codicem
complectuntur, & osculantur.
Implorare ille fidem amicorum,
& quare id facerent, rogare.
Tunc isti hoc causae dicunt,
quod

quod Historici celeberrimi foetum proculdubio genuinum collegio donasset. Sermones ultro citroque habentur. Statim occurrunt alii, ne quidem ipsis exceptis juvenibus. Fit clamor, & admiratio omnium, tantam esse in homine ingenuitatem, ut peculium hocce proprium, & quantivis equidem pretii, ante, quam fatis jam esset cessurus, aliis donaret. Respondet, sibi nihil antiquius esse, quam ut ad posteros deveniret, bibliothecarium, quotiescunque opus esset, semper sibi præsto esse futurum, nihilque proinde sibi unquam defuturum esse, quod ex eodem Codice, quem sæpissime volverat, forsitan postularet. Biblio-

bliothecarius advocatur, Codex MS. ipsi in manus traditur, promittit se fidelem esse futurum, coramque omnibus in præclariori quadam Bibliothecæ parte collocat. Antequam vero hoc factum erat, verba hæc, duabus lineis concepta, licet egomet, ad paginæ nostræ modulum, in tres lineas diviserim, ad initium Codicis propria sua manu (sic enim mihi videtur) scripsit:



Abus Rex
 MB. sculp. i. e.

*i.e. Collegii Aberndonensis, ex dono Magistri Hectoris
Bois, primi primarii ejusdem.*

§. 38. Verum enimvero in hoc Codice Galeano, illud notatu dignissimum esse judico, quod per plures in eodem conspiciantur lituræ, itemque rasuræ mutationesque non pauca, omnes tamen ab eadem manu, quam licet non fuisse Auctoris existimem, non aliam certe fuisse opinor quam Scribæ cujusdam, quo usus fuerat ipse noster Fordunus. Nam a Forduno dictante quæcunque fere scripturus erat juxta eundem sedens, ut mea fert sententia, accepit Scriba. *Fere dixi, quod pro certo habeam, non ex ore,*

Codex noster eo magis æstimandus, quod lituræ per plures in eodem conspiciantur, Auctori ipsi, ut videtur, tribuendæ.

ore, sed e chartis Forduni nonnulla desumpsisse Scribam. Neque in hoc Codice plures, sed unum duntaxat Scribam adhibuit Fordunus. Inde proculdubio factum, ut manus diversæ (carmina, Roberti I. consilium exhibentia, notulasque aliquot nullius fere momenti Hectoris Boethii marginales, si demamus) neutiquam compareant. Adeo ut neque lineolas rubras, per aliquot voces ductas, (easdem nimirum expungentes) a Forduni nostri, sed Scribæ, Forduno tamen ipso dirigente, manu esse censuerim. Quapropter rectissime hunc Codicem autographum Forduni appellaveris. Nam licet per plures errores (ut
ex

ex Editione nostra passim constabit) in eodem deprehendantur, non tamen est cur ea de causa contemnas, sed potius magni facias. quippe quod nunquam non accidit in ejusmodi Codicibus, autographis etiam, quos ad examen revocare, morte obstante, non potuerunt auctores. Igitur non est dubitandum, quin auctor diem ultimum obierit, priusquam ex sententia hunc Codicem corrigere licuerit, alioquin emendationum mutationumque longe majorem numerum in eodem conspiceremus. Proinde, hæc dum recolo, non possum quin arbitrer, eos etiam Codices Forduni, qui forte eo sint elegantiores & in quibusdam

dam emendatiores, esse tamen quam ille minoris notæ, minorisq; propterea faciendos. Nam de Autographis nunc disputamus, non de Codicibus ab aliis correctis ac mutatis. Quamobrem & ego Codicem illum Bodleianum, propria manu Joannis Lawerne, monachi Wigorniensis, scriptum, semper magni æstimavi, quantumvis fordeant characteres, nihilque præ se ferant elegantia. Auctor nempe ipse erat Lawerne, plurimæque in eodem bonæ frugis continentur. Eam ob causam aliquot in Lelandum¹ nostrum transtulimus. Cetera aliorum relinquimus industria. Nec quidem, ut

1. Lelandi Coll. Vol. V. p. 297.

plura describam, patitur nunc ratio vivendi.

§. 39. Codex ille Forduni in Bibliotheca Cottoniana, de quo Seldenus in Prolegomenis ¹ ad X. Scriptores, ansam profecto dedit nonnullis (sed paucissimi illi sunt, & scientia sua in his rebus neque clari neque nobiles) de nostri auctoritate dubitandi. Perinde quasi ille nostro melior esset, & quidem antiquior. Contra, amici eruditissimi me docuerunt, imperfectum esse Cottonianum, neque ab una eademque manu scriptum. Idem etiam liquet e Seldeno. uti & e nota v. celeberrimi Thomæ Galei ad finem no-

Codex Bibliothecæ Cottonianæ, de quo Seldenus, imperfectus, neque tanti quanti noster faciendus.

1. Vide Appendicem, num. XVI.

stri. nam is scripsit notam illam marginalem, quam a manu recentis esse in editione nostra significavimus. Pertinebat olim Codex ille Cottonianus ad cl. Schevezium, S. Andreæ archiepiscopum. Atque hoc etiam monuit Seldenus. Unde conjecerim, Schevezium operam dedisse, ut in Bibliotheca sua plura Forduni exemplaria cernerentur, virum rei historicæ callentissimum, & gentis suæ gloriæ studiosissimum. Quapropter quum Codex Cottonianus nostro sit deterior, non est quod mireris, nos nullam quasi ejusdem in hac nostra editione rationem habuisse.

§. 40. Ne multa lector;
Codex Galeanus, mea opi-
nionem, optimus est, quan-
tumvis tam multis scateat

Non obstante impe-
ritia nostra, neque
oleum neque ope-
ram, ut videtur, in
Codice Galeano e-
dendo perdidimus.

erroribus. Nam quamvis ab a-
liis forte quibusdam superetur,
si cum illorum elegantia & lima
certet, in eo tamen nulli secun-
dus est, quod Fordunum ipsum
repræsentet, absque ullis vel in-
terpolationibus vel etiam addi-
tionibus. Sed vereor ne tam in
his, quam & in aliis, quæ a me
scripta sunt, hallucinatus fue-
rim. Id quod minime mirandum.
Namque egomet homo sum in-
doctus (ut cunque ingens Anti-
quitatis amator) & si quis alius,
imperitus. Si ergo quid displi-
cet, ut ignoscas rogo. Potissimum
autem

autem rogo eruditissimum Hayum, ut ipse condonet, neque vel me maledictis figat, vel etiam errores nostros (quos non dissimulabo, sed ingenue agnoscam) acrius, quam decet, refellat. Atque hoc eo vehementius rogo, quia Codicem Galeanum flocci æstimandum esse publice (at, mea sententia, perperam) indicaverit Hayus. in conditionibus scilicet quas de Forduno & Bowero (sive Bowmakero) simul edendis in lucem nuper emisit. Quæ quidem conditiones in caussa etiam sunt quo minus Bowerum integrum exhibuerim. Gratulor sane genti Scotticæ, quod ab Hayi (viri quidem diligentis, & cui antiquarii,
ob

ob laborem, quem in Scoticanos suscepit Historicos, gratiam debent haud mediocrem) manu opus grande ac prolixum sint expectaturi. Interim, quemadmodum auguror, (nam vix hillum in hac re memet a vero aberrare homines agnoscent ingenui) neutiquam ingratum erit, si & alii omnes Codices vetusti, ad historiam Scoticanam spectantes, ne quidem pessimis (e quibus nostrum esse censet, in ea tamen re, ut jam innui, deceptus, clarissimus Hayus) exceptis, in lucem demum sint prodituri. Ad eo ut nec ipse, ut opinor, oleum operamque perdiderim; præfertim quum hoc fateri necessum habeas, (nec tamen vires ven-

venditare ac ostentare vellem) tam Hayo quam & multis aliis præstantissimis viris altiora cogitandi dedisse memet occasionem, ac multo forte an maximam meliora inveniendi anſam.

Quamvis Scotichronicon appelletur hocce opus, alium tamen titulum indidisse videtur ipse auctor.

§. 41. Atque ut videas, me errores non dissimulare, sciendum est, me nunc demum existimare *Circio* in hoc nostro opere veram esse lectionem, non *Circino*. Id quod e Codice manifestum est Harleyano. Et tamen *Circino* ferri potest, ratione habita instrumenti in telluris partibus discernendis quo usus est auctor. Verum rectene an secus se habeat hæc lectio parum refert. Ceterum quantumvis sim conscius

sciis errorum, non tamen est, quod inde colligas, male nos *Scotichronicon* appellare hoc opus. Hunc enim titulum omnes agnoscunt auctores. Neque mutare libuit. Haud tamen inficias ibo, me putare, Bowerum hunc titulum re vera primum indidisse. Equidem fateor, eundem in Codice nostro apparere. sed non ab antiqua manu. Adposuit scilicet doctissimus Galeus in Typographorum usum. Ni fallor, alium titulum designasse Fordunum e Codice nostro satis evincitur. Hinc in Summariis capitulorum libri I. *Incipiunt tituli Capitulorum libri I. gentis Scotorum*; & in Contentis primi Capituli libri I. *De vetustate ori-*

Vol. I. e e *ginis*

ginis & gestis Scotorum; & primo de Mundo sensibili. Perinde quasi vel *Gens Scotorum*, vel *De vetustate originis & gestis Scotorum* verus esset titulus. Sed posteriorem malim; utpote Auctoris instituto magis accommodatum. Idque planum est e Catalogo¹ impresso librorum v. cl. Richardi Smithi, ubi hunc titu-

1. Catalogus hicce hunc in modum inscribitur: *Bibliotheca Smithiana, sive Catalogus Librorum, quos multo ære sibi comparavit Vir Clariss. Doctissimusque D. Ric. Smith Lond. Horum Auctio habebitur Londini Maii 15. 1682.* In principio exemplaris Catalogi hujusce, mihi à V. amicissimo Thoma Bakero S.T.B. Cantabrigiensi (Antiquario equidem spectatæ virtutis) donati, hæc, inter alia, (à manu nempe Bakeri) scripta habentur:

Bibliotheca Joan. Episcopi Elien. huc [Cantabrigiam] transmissa, continet

| | | |
|---|--------|---|
| <i>Codices impressos</i> | 30750. | } <i>calculo non satis accurato.</i> |
| <i>Manuscriptos</i> | 01500. | |
| <i>Accepimus vero à Rege donatos Nov. 19, 20, &c. 1715.</i> | | |
| <i>Codices in Fol.</i> | 06725. | } <i>from Dr. Canon, by Mr. Knight, which I believe to be the true account.</i> |
| <i>In Quarto</i> | 08200. | |
| <i>In Octavo</i> | 14040. | |
| <i>Total</i> | 28965. | |
| <i>MSS. —</i> | 01790. | |
| <i>Total</i> | 30755. | |

lum

lum inter Codices MSS. ¹ invenimus: *Jo. de Fordun Scoto-Chronicon, seu de vetustate, origine & gestis Scotorum, lib. MSS. antiquus, & Jo. de Fordun compiler hujus Operis floruit anno Dom. 1210. Nunquam adhuc typis excusum.* Ecquis vero est, quin Smithi reveatur nomen simul atque audierit? viri cum primis eruditi & sancti, e cujus bibliotheca Joannes Maitlandus, celeberrimus ille Dux de Lauderdale, coemit, ut ab amicis didici, qui porro docuerunt, e Bibliotheca Lauderdaleiana ad eruditissimum Galeum tandem devenisse. Proinde non alius plane Codex est, quam ille ipse quem edimus.

Ex erroribus nostris non est, quod ad summitatem paginarum post librum quintum libri nota ubique desideretur. De Appendice, nostra.

§. 42. Ceterum id maxime cavendum est, ne illud pro errore habeas, quod ad summitatem paginae cujusque post librum quintum libri nota desideretur. Nam quum partes operis posteriores non usque adeo accurate scriptae sint, sed indigestae ac confusae relictae, divisioque auctori ipsi adhuc quum scriberet esset incerta, absurdum esset ibi numeros expectare, ubi nulli unquam fuerint assignati. Sed plane ineptus videar, si ea omnia persequi velim, quae in medium possent proferri. In praesentia hoc animadvertam, nos Codicem nostrum MS. purum putum edidisse, ejusdem mendas reprae-

repræsentasse, Appendicemque etiam (mox post Continuatio- nem e Bowero) subjecisse ad quædam illustranda atque amplianda in Præfatione hac nostra observata. In qua Appen- dice dedimus item, (1.) *Tabulam* ¹ *Monasteriorum Scotiæ*, e Codici- bus Regio atque Harleyano. In qua Tabula recensentur quo- que Comitatus, Vice-comitatus, Ducatus, atque Præfecturæ five Præposituræ Scotiæ. (2.) *Tabu- lam regum Scotiæ a Malcolmo Kannemore usque Jacobum tertium inclusive*. cujus quidem Tabulæ titulus sic se habet in Codice Harleyano, e quo elicuimus: *Tabula regum Scotorum a rege Mal-*

1. Vide Append. num. XVII. 2. Vide Append. num. XVIII.

colmo, viro Sanctissimæ reginæ Margaritæ, usque regem Jacobum tertium modernum inclusive, quem ad felix regimen regni custodiat omnipotens Dominus. Amen. (3.) Auctarium¹ Scotichronici, e MS. Harleyano. quod ab Auctario, a Davide Buchanano² memorato, haud diversum esse videtur. (4.) Excerptum³ e Scotichronico quodam (cujus mentionem fecit cl. Seldenus in Prolegomenis ad X. Scriptores) lingua Scoticana ab incerto auctore conscripto, & in Bibliotheca Cottoniana adservato; in quo excerpto de Johanne Anglico Papa Romano agitur, qui plane femina erat. id quod li-

1. Vide Append. num. XIX. 2. Nicolsoni Bibl. Hist. Scor. p. 90. 3. Vide Append. num. XX.

quet cum e multis antiquis monumentis, tum e Codice perverti¹ Cantabrigiensi. De quo Johanne sic etiam ipse Bowerus in Interpolationibus suis², quemadmodum me docuit (licet jam antea egomet idem e Codice collegissem Harleyano) Amicus eruditissimus, omnium honestarum disciplinarum cultor & indagator, Joannes Bridges, armiger, qui & Excerptum Cot-

1. E Coll. nostris MSS. Vol. LXXX. p. 85. "Out of a Note
 "Book of Mr. Thomas Rawlinson's, endors'd thus, *Ely Cathedral, Something of Camb. Univ. & Lyn Regis Com. Norfolk. In*
 "Trinity Hall Library, inter alia, a large MS. Volume on
 "Wellam, formerly belonging to St. Augustin's juxta Muros
 "Civitatis Cantuariæ, being a History of Canterbury, Chanet
 "net Isle, &c. with an old Map of Chanet and the Legend
 "of Cursus Cervi. In it a Charter is recited, written al-
 "most in the Saxon Character by similitude of Copping.
 "Itt owns Pope Joane for a Woman. This was gib'n to
 "this House by Robert Haer the Antiquary, with a promise
 Sic

"they shall restore itt, if ever that Place comes to itt's
 "pristine Glory and being, calling them itt's old and law-
 "full owners. 2. L. IV. cap. XIII.

tonianum mecum communicavit, (Scotichronicaque numero quidem tria a Seldeno citata fuisse recte ¹ innuit:) *Circa hæc tempora, anno ab ² incarnatione 852. post Leonem 4. sedit Johannes ³ Papa, natione Anglicus, 2. annis & ultra. Hic, ut asseritur, femina fuit, & in puellari ætate ab Amasio in habitu virili Athenis ducta, ubi tantum in Scientiis profecit, quod in Urbe ⁴ Roma in Papam eligitur; ubi a quodam inprægnata in professione parturivit & mortua est:*

1. X. Script. præf. p. xv, xvi. (inquit amicus ille præstantissimus) seems to cite three Scotichron. v. one made use of by Demster in Apparatu & Hist. Ecclesiast. the other of Joan. Fordunius è Biblioth. Cotton. another by an Anonymous Scotchman, written in the Scottish Language, of which Selden cites in those pages 8. verses, and page xvii, xviii. 68. verses. This also è Biblioth. Cotton. The Hist. chiefly relates to the transferring the right of the Culdees, or of the Abbot of Hy, who was Head of them, to Episcopall Jurisdiction, to the Bp. of St. Andrew's. 2. Domini addit MS. Harl. 3. VIII. addit MS. Harl. 4. Romana MS. Harl.

¹ & ideo Papa ab hinc in processione inter ² Coliseum & Ecclesiam Sancti Clementis viam obliquat, propter detestationem facti. (5.) *Metra* ³ de illustri bello de Bannockburn, auctore Roberto Baftono, rhetore ac poeta e Scardeburgenfi Carmelitarum cœnobio, cui præfuit ⁴. Olim edidit Thomas Bellus ad finem libri sui inscripti, *Roma restituta*. At minus emendate. Nos ad fidem exemplaris dedimus ab eruditissimo Ruddimanno (qui ope trium Codicum MSS. correxit) cum doctissimo Grayo communicati. quod quidem exemplar nobiscum benevole communicavit Grayus.

1. Deest & in MS. Harl. 2. *Coliseum* MS. Harl. 3. Vide Append. num. XXI. 4. Baleus de illustrib. Majoris Britanniæ Scriptorib. Ed. 4to. fol. 127: a.

Nos autem cum Codice Harleyano contulimus. In quo Codice hæc de Auctore tradidit Bowerus:

De nobili metrista Wilkelmo Bastoune Carmelita, & ejusdem metro.

Tam igitur Rex Angliæ [Edwardus II.] se & suos reddidit victoriosos, ut, inter cetera suo proposito congruencia, famosorem metristam in universo regno Angliæ, viz. quendam fratrem Carmelum, secum adduxit, ut de triumpho suo de Scotis adipiscendo ad ipsorum dedecus metra compingeret, & ad memoriale sempiternum Scotis, sic per eum, ut putabat, de vincendis, relinquenda, quia hii in curribus & hii in equis, nos autem in nomine Domini

i. In Interpolationibus ad Fördunum, l. XII. c. XXIII.

invocabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus & erecti sumus. Victoria itaque de Anglis feliciter Scotis ascripta, adductus est ad regem Robertum [de Brois] prædictus metrista, & pro redemptione sua compulsus est absque ambiguitate facti sequencia metra componere. Quæ itaque pro bonitate ipsorum non sunt sub modio silenda, set super candelabrum protendenda. &c. De metris hisce præclare, ut vides, sensit Bowerus. Longe aliter atque Joannes Major, qui carmina hæcce agrestia & lectura indigna esse monuit¹, propterea que missa fecit. Rectissime judicavit Major, quemadmodum nec minus

1. Hist. Majoris Britann. tam Angliæ quam Scotiæ, f. LXXXVII. 2.

recte Thomæ Varroye (Thomæ de Barry Bowero ¹) carmina de bello de Ottirburne nihil valere, & relatu esse indigna, pronuntiavit ², ideoq; pertransiit. Quin neque abs re erit hic subnectere quæ de Bastono retulit Historiæ & Antiquitatum Universitatis Oxoniensis auctor. Nempe his verbis ³: *An. Dom. ccccciv. Edoardus I. bellum in Scotos movens, Robertum Bastonum Ordinis Carmelitici fratrem, & poetica laude præ contemporaneis illustrem, secum deduxit; id nimirum sibi pollicitus, stylo Gladium comitante, quicquid ipse egregie faceret, hunc ardore pari ad posteros*

1. In Continuatione Johannis de Fordun Scotchronici, p. 1079. 2. Hist. Maj. Br. f. cxx. b. 3. Hist. & Antiq. Univ. Oxon. l. I. p. 101.

transmissurum ; quod fecisse quidem Baſtonum Carmine Heroico, & gratia proinde Summa apud Regem excelluisse, permulti retulere. Cum Edoardus deinde II. Bellum a patre susceptum conficere studeret, Baſtonum sibi eodem consilio ascivit ; quamvis & ipse, ut ea tempora ferebant, poeta haud parvi nominis erat. Anno autem CI CCCXIII. cum Roberto Bruce Scotorum Rege prælio ad Stridelin congressus Edoardus, postquam acriter ¹ utrinque pugnatum esset, cæsis plerisque Anglorum Nobilibus, in fugam ipse & Episcopi vertuntur. Ibi periclitante Rege, & Baſtono salutem ei spondente, modo Beatæ se Virgini commendaret, & vota illi nuncuparet, id facere Edo-

¹. Vide *Tho. de la More* in *vita Edoardi II.* Edit. *Francof.* 1603. p. 594.

ardus non abnuvit; quin & Domicilium semendicantibus Carmeliticis erecturum volebat, si salvus in Angliam revolaret. Captus mox inde Bastonus est, quem Scoti, postquam Ingenium hominis intellexerunt, ut Regis etiam sui gesta conscriberet, ¹ perpulerunt; verum cum ille frigide admodum, & invita ut ipsis videbatur Minerva præstaret, ad suos remissus est. Is vero Regem ut promissi memor esset hortatus, idque non corporis tantum incolumitati deberi, sed & in Animæ pariter salutem cessurum perhibens, eo denique pertraxit, ut Edoardus, accedente etiam potentiorum quorundam Jussu, Palatium seu Mansionem suam

1. Jo. Major de gestis Scotorum Edit. 1521. lib. 5. cap. 3. p. 87. & alii ejusdem regni Historici.

Oxonienfem, *prædictis Fratribus donavit*. Et nunc, lector, fatis officio meo, fatis illorum voluntati, qui a me hoc opus petiverunt, factum esse arbitror. Controversiæ vero, inter Guilielmum Lloydium, Georgium Mackenzium, Edvardumque Stillingfleetum, clariffimos atque eminentiffimos viros, de rebus ecclesiasticis ortæ, memet non immiscebo. Hanc etiam, uti & alia, cl. Hayo relinquo, utpote qui aleam plane luderem, finon ab illis manum abftinerem, de quibus ipse (qui longe felicius hæc poterit) est acturus.

A T Q U E hæc omnia fcripferam, quum mihi adlata est (ex dono auctoris eruditiffimi, inclyti

clyti nempe illius Medici Richardi Meadi, cui non solum nos, sed etiam antiquitas plurimum debet) octava editio libri eximii sic inscripti : *A short Discourse concerning Pestilential Contagion, and the Methods to be used to prevent it.* Cujus quidem idcirco hic loci mentionem facio, quod longe auctior sit hæc editio quam illa, de qua in hoc opere locutus sum, multisque referta sit observationibus præstantissimis, in priore, quam dixi, desideratis. Vale.
Oxonix III. Non. Apr. MDCCXXII.

EMENDANDA & ADDENDA.

Præf.

Pag. xi. l. 1. lege, Bibliothecis. P. CXXIII. l. 16. Per vocem cetera] Non obstantibus illis, quæ hîc observavimus, vox cetera ita potest intelligi, ut ea omnia denotet, quæ XXIII. capitulum libri VI. sequuntur. Adeo ut scriptor primævus sive Walterus Bowerus, non vero scriptor ultimus vel Magnus Makullochus sive Maccullo, eorundem fuerit auctor, quamvis sæpius indicaverit Magnus, sibi ipsi re vera esse tribuenda.

Scotichron.

Pag. 62. l. 16. comma mox post muro, non post civitatis, pone. P. 114. l. 2. lege, conjunxerunt. P. 231. l. penult. post "Antea, Parmeno," adde, "Lege, primævo. P. 703. l. 23. lege, Fol. 150. a. P. 755. l. 2. lege, Castrum. P. 866. l. 13. lege, quibuscumque. P. 1013. l. 2. lege, Scociæ. P. 1128. l. 25. lege, Senescalliatu. P. 1349. l. 22. lege, & earum occasione. Forsitan & eo modo distinguendum est quo interpunximus in Indice, voc. Scocia.

Append.

P. 1399. l. 31. lege, III^e. [sive thre] Lentis. P. 1400. l. 27. lege, III^e. [sive thre] lentis. P. 1549. l. 3. lege, Margaretæ.

ADAM & ADRIAN

181

... ..
... ..
... ..

Vocum Compendiariarum Explicatio.

Cod. Reg. Codex Manuscriptus in Bibliotheca Regia Westmonasterii.

Ed. pr. Editio prior, opera Thomæ Galei, viri clarissimi. quam etiam per *antea* designavimus.

MS. & MS. Gal. Galei Codex Manuscriptus; quousque nimirum hic Codex pertingit. nam aliter alibi.

MS. Harl. & Cod. Harl. Codex Manuscriptus in Bibliotheca Harleyana.

MSS. Codices Manuscripti.

... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

...

... ..
... ..
... ..

THE

THE
SUBSCRIBERS
 NAMES.

A

Edward Alexander, Esq.
 Thomas Allen, M. A. Rector of Murston
 and Kingsdown in Kent.
 John Anstis, Esq. Garter, Principal King of Arms.
 Mr. Edward Arblaster of Longdon, near Litch-
 field, in Staffordshire.

B

Thomas Bacon, alias Sclater, of Catley near
 Linton in Cambridgeshire, Esq.
 Thomas Baker, B.D. of St. John's-Coll. Cambr.
 The Rt. Reverend Father in God, George
 (Hooper) Lord Bp. of Bath and Wells.
 Charles Battely, Esq.
 Mr. Oliver Battely, Student of Christ-Church
 Oxon.
 Hilkiah Bedford, M. A.
 Martin Bedwell, of Westminster, Gent.
 John Baptist Belling, of Winchester, Esq.
 Mr. William Bishop, of Grey's-Inn.
 Thomas Bowdler, Esq.
 Joseph Bowles, M. A. chief Keeper of the Bod-
 leian Library, and Fellow of Oriel-Coll. Oxon.
 John Bridges, of Barton near Kettering in
 Northamptonshire, Esq. Fellow of the Royal
 Society.

Nathaniel Bridges, M. A. Rector of Orlingbury
in Northamptonshire.

Ralph Bridges, M. A. Vicar of Southweald in
Essex, and formerly Chaplain to the Right
Rev. Father in God Henry (Compton) Ld.
Bishop of London.

William Brome, of Ewithington near Here-
ford, Gent.

Daniel Browne, of London, Bookseller.

Mr. Thomas Bryan.

Edward Burton, of the Middle-Temple, Esq.

C

Edmund Calamy, D. D.

The Hon^{ble}. Benedict Leonard Calvert, Esq.

John Campbell, of Calder, Esq.

George Carter, D. D. Provost of Oriel-Coll.
Oxon.

Thomas Cartwright, of Aynoe in Northam-
ptonshire, Esq.

His Grace James (Bridges) Duke of Chandois.

John Chicheley, of the Middle-Temple, Esq.

The Rt. Honourable the Earl of Cholmondley.

Robert Cholmondley, of Holford in Cheshire,
Esq.

The Hon^{ble}. George Clarke, Esq. D. Civ. L. Mem-
ber of Parliament for the University of Ox-
ford, and Fellow of All-Souls-College in the
same University.

Walter Clavell, of the Inner-Temple, Esq. F. R. S.

John Cotton, Esq.

Thomas

Subscribers Names.

CCXXXVII

Thomas Crowe, of London, M. D.

D

The Rt. Reverend Father in God Adam (Ottley) Lord Bp. of St. David's.

Ralph Davison, of London, Gent.

Thomas Deacon, of London, Priest.

Peirce Dod, M.D. Fell. of All-Souls-Coll. Oxon.

Mrs. Anne Dodwell, of Shottesbrooke in Berks.

The Hon^{ble}. Brigadier James Dormer, Esq.

Mountague Gerard Drake, Esq.

Richard Dyer, M.A. Fellow of Oriel-Coll. Oxon.

E

Thomas Edwards, Esq.

The Right Reverend Father in God William (Fleetwood) Ld. Bishop of Ely.

Sir John Evelyn, of Wotton in Surrey, Kt. and Baronet.

Sir Redmond Everard, Baronet.

His Highness Prince Eugene of Savoy.

Sir Robert Eyre, one of the Judges of the King's Bench.

Charles Eyston, of East-Hendred in Berks, Esq. [deceased.]

F

John Fenwick, Esq. Fellow-Commoner of St. John's-College Camb.

Richard Foley, Esq. Prothonotary of the Common Pleas.

The Rt. Hon^{ble}. Thomas Ld. Foley, Baron Foley, of Kidderminster in Worcestershire.

John

John Freind, M. D. F. R. S.
 Richard Frewin, M. D.
 Richard Furney, of Gloucester, M. A.

G

Roger Gale, Esq. F. R. S.
 Samuel Gale, Gent.
 Thomas Girdler, D. D.
 Thomas Goodman, M. D. Physician in ordinary to his Majesty.
 Thomas Granger, Esq.
 Richard Graves, of Mickleton near Campden in Gloucestershire, Esq.
 Robert Gray, M. D.
 Henry Gregory, M. A. Student of Christ-Church Oxon.
 John Griffin, of Sarsden in Oxfordshire, M. A.
 Sir Richard Grosvenor, of Eaton in the County of Chester, Baronet.
 The Honourable Francis Gwyn, of Ford-Abbey in Devonshire, Esq.
 Fletcher Gyles, of Holbourne, Bookseller.

H

Richard Hale, M. D. Physician to Bethlehem and Bridewell Hospitals.
 Philip Harcourt, of the Inner-Temple, Esq.
 The Right Honourable Simon Ld. Harcourt, Viscount Harcourt of Stanton Harcourt in the County of Oxford.
 The Rt. Honourable Edward Lord Harley.
 Edward Harley, Esq. M. A. of Christ-Church Oxon.

John

John Harwood, D.Civ.L. of Doctors Commons
and F. R. S.

Samuel Hawes, M. A.

John Hill, M. A. Rector of Charlton near Bi-
cester in Oxfordshire.

Thomas Hinton, M. A. Rector of Lasham in
Hampshire.

George Holmes, Gent. Deputy-Keeper of the
Records in the Tower.

I

Mr. George James, Printer in London.

Thomas Jett, Esq. F. R. S.

Father Thomas Innes, of the Scots College
at Paris.

William and John Innys, of Lond. Bookfellers.

Maurice Johnson, Esq.

James Joye, of Duke street Westminster, Esq.

Benedict Ithel, Esq.

K

John Keil, M.D. Savilian Professor of Astrono-
my in the University of Oxford. [deceased.]

William King, D.Civ.L. Principal of St. Mary-
Hall Oxon.

The Rev. Mr. Arthur Kingsman, School-Master
of Bury.

The Rt. Honourable the Earl of Kinnoul.

L

Gilbert Lake, B. D. Vicar of Chippenham in
Wilts.

Mr. Abraham Lehn.

Subscribers Names:

Peter Le Neve, Esq. Norroy King of Arms.
 Thomas L' EStrange, Esq.
 Henry Levett, M. D. Physician to Sutton and
 St. Bartholomew's Hospitals London.
 Francis Lewis, Esq.
 John Lewis, of Margate in Kent, M. A.
 The Right Honourable George (Lee) Earl of
 Litchfield.
 Francis Lutterell, of the Middle-Temple, Esq.
 Charles Lyddell, Gentleman-Com. of Christ-
 Church Oxon.
 Richard Lyddell, Esq.

M

Mr. Ja. Mack Euen of Edinburgh.
 John Markham, Gent. Apothecary to the Char-
 ter-House.
 William Master, of St. Paul's Covent-Garden, Esq.
 Richard Mead, M. D. F. R. S.
 Samuel Mead, Esq.
 Dr. John Burchard Menckenius, Counsellor and
 Historiographer to the K. of Poland.
 John Merriel, of Golden Square Lond. Esq.
 Sir Charles Mordaunt, Baronet.
 Richard Mostyn, of Penbedw, Esq.
 Sir Roger Mostyn, Baronet.
 John Murray, of London, Gent.
 Robert Myddelton, of Chirke Castle in Den-
 bighshire, Esq.

N

The Rt. Honourable George (Cholmondley)
 Lord Newburgh. His

His Grace Thomas Holles (Pelham) Duke of Newcastle.

Thomas Newey, D. D.

John Nicoll, M. A. Student of Christ-Church Oxon. and second Master of Westminster School.

O

The Rt. Honourable Robert (Harley) Earl of Oxford and Earl Mortimer.

P

Samuel Palmer, (of the Lock Hospital belonging to St. Bartholomew's Hospital) Gent.

Thomas Palmer, of Fairfield near Bridgewater, Esq.

Mr. William Pate.

The Reverend Mr. Francis Peck.

The Rt. Honourable Thomas (Herbert) Earl of Pembroke.

Thomas Pestell, of London, Gent.

Matthew Prior, Esq. [deceased.]

R

Christopher Rawlinson, of Carke-Hall in Lancashire, Esq.

Richard Rawlinson, D. Civ. L. of St. John's Coll. Oxon. and F. R. S.

Thomas Rawlinson, Esq. F. R. S.

Sir Robert Raymond, his Majesty's Attorney General.

Sir Robert Rich, of Sunning in Berks, Baronet.

Richard Richardson, of North-Bierly in Yorkshire, M. D.

h h

Mr.

Subscribers Names.

Mr. Thomas Richardson, of London.
 The Rt. Reverend Father in God, Francis (A-
 terbury) Ld. Bishop of Rochester, and Dean
 of Westminster.

S

Sir Thomas Sebright, Baronet.
 Edward Sheldon, Esq.
 Robert Shippen, D. D. Vice-Chancellor of
 the University of Oxford, and Principal of
 Brazen-Nose-College.
 Matthew Skinner, of Lincoln's-Inn, Esq. Re-
 corder of the City of Oxford.
 Sir Hans Sloane, Baronet, Fellow of the Col-
 lege of Physicians and of the Royal Society.
 George Smith, of St. John's-Coll. Cambr. Gent.
 Lewis Stephens, M. A.
 William Stratford, D. D. Archdeacon of Rich-
 mond and Canon of Christ-Church Oxon.
 William Stuart, D. D.
 The Rt. Honourable Charles (Spencer) Earl
 of Sunderland.
 Sir Philip Sydenham, of Brimpton D' Evercy
 in Somersetshire, Baronet.

T

Timothy Thomas, M. A. Student of Christ-
 Church Oxon.
 William Thomas, Esq.
 John Thorpe, of Rochester, M. D.
 Richard Topham, of Windsor, Esq.
 Harry Trelawny, Esq.

William

William Trumbull, of East-Hamstead Park in
Berkshire, Esq.

Richard Tyfon, of London, M. D.

W

Lee Warner, Esq.

Anthony Wescombe, Esq.

Mr. James West, of Balliol-Coll. Oxon.

John Whiteside, M. A. Keeper of the Ashmo-
lean Museum, and F. R. S.

The Right Hon^{ble}. Heneage (Finch) Earl of
Winchelsea.

The Right Rev. Father in God (Sir) Jonathan
(Trelawny Baronet) Ed. Bishop of Winchester.
[deceased.]

John Woodward, M. D. Fellow of the Royal
Society, and Professor of Physick in Gresham-
College London.

The Rt. Reverend Christian Worm, Bp. of
Sælland.

Dr. Worth of Dublin.

William Wright, of Offerton, in Cheshire, Esq.

Hugh Wrottesley, of Lincoln's-Inn, Esq.

William Turnbull, of East Hamstead Park in
Berks, Esq.

Richard Tylor, of London, M. D.

W

Advertisement.

THE first Payment for this Work to Subscribers was a Guinea and a half the large, and a Guinea the small, Paper. The second Payment is to be the same with the first.

The Publisher is now printing in 8^{vo}. *The History and Antiquities of Glastonbury*. To which will be added, (1.) *The Endowment and Orders of Sherington's Chantry, founded in St. Paul's Church, London.* (2.) *Dr. Plot's Letter to the Earl of Arlington concerning Thetford.* The Price of this Work (which is all taken from authentick MSS. never before printed) will be twenty Shillings the large, and ten Shillings the small, Paper; whereof half is to be paid at the time of Subscribing, and the rest when the Copies are delivered. Subscriptions are taken in either by the Publisher at Edmund-Hall, or by John Rance at the THEATER Printing House, in Oxford.

April 25. 1722.



JOHANNIS DE FORDUN
SCOTICHRONICON.

¹ *Ihesus* *Maria.*

(3.) Fol. 1.
 a.

*Incipiunt tituli Capitulorum Libri primi
 gentis Scotorum.*

DE Mundo sensibili, terra ² scilicet & suis quatuor
 punctis principalibus, Orientali, Occidentali, Au-
 strali, & Boreali. **CAPITULUM I.**

De quatuor ventis cardinalibus, quorum collaterales
 octo sunt, & de capite mundi sensibilis, in oriente
 Paradiso terrestri. **CAP. II.**

De tribus mundi partibus inæqualiter divisis, & mari
 mediterraneo. **CAP. III.**

De divisione trium mundi parcium inter tres filios
 Noë, Sem, Cham, & Japhet: & situ quarundam re-
 gionum, Asiæ & Affricæ. **CAP. IV.**

1. *Desunt Ihesus Maria in Ed. priori. Exstant tamen in Cod. MS. quam-
 vis deleverit manus recentior.* 2. *Viz. Ed. pr. (3.) Numeri marginales
 Codicis MS. folia denotans. Ita scilicet, ut littera a faciem primam, lit-
 tera b faciem secundam folii exhibeat.*

Johannis de Fordun

- De situ quarundam regionum Europæ, viz. Sithiæ,
Græciæ, & urbis Romæ. CAP. V.
- De eodem, & insulis Europæ majoribus, Albania &
Hybernia. CAP. VI.
- De numeris annorum ab origine mundi per ætates
quinque divisus usque Christi Nativitatem. CAP. VII.
- De motu primo Scotorum originis, & eorum rege pri-
mo Geythelos. CAP. VIII.
- De succedentibus in Ægipto regibus usque Pharaonem
patrem Scotæ, qui submersus est mari rubro.
CAP. IX.
- De tempore quo Scoti primam habuerunt originem, &
à quibus, & eorum ex Ægipto proscriptione. CAP. X.
- De electione Geythelos in regem, & ejus profectio-
ne versus occidentem. CAP. XI.
- De tempore quo stacionem fecit in Affrica Geythelos,
& causa qua primo peciit Hispaniam. CAP. XII.
- De causa sui recessus ex Ægipto secundum quosdam,
& aliorum eadem causa recedencium. CAP. XIII.
- Qualiter primam optinuit sedem in Hispania Gey-
thelos. CAP. XIV.
- De continua cæde suorum ibidem, propter quod ex-
ploratores pro terris Oceano scrutandis direxit, qui
reperita quadam insula redierunt. CAP. XV.
- De eodem, & exhortacione filiorum ut dictam adi-
rent insulam. CAP. XVI.
- Qualiter Hyber, filius Geythelos, dictam aggrediens
insulam optinuit, quæ de nomine suo postmodum
Hybernia dicta fuit. CAP. XVII.
- De hiis quæ doctor Ysidorus, & Beda venerabilis
scripserunt de Hybernia. CAP. XVIII.

De quibus legibus Geythelos populum suum prius instruxit. CAP. XIX.

De successione filii Geythelos Hyber in regnum Scotorum, post mortem patris in Hispania degencium.

CAP. XX.

De Anycelio rege Scotorum Hispaniensium, & suis filiis ad Hyberniam proficiscentibus. Fol. 1. b. CAP. XXI.

De hiis quæ Galfridus Monumetensis scripsit de ¹ Bartholomo filio Mitelii.

CAP. XXII.

De dissonanciis Historiarum.

CAP. XXIII.

² Quod circa tempus primæ captivitatis Romæ non Scoti sed Picti temptantes Hyberniam pro sedibus, missi sunt à Scotis ad Albioniam

CAP. XXIV.

Qualiter excusat Cronica dissonancias Historiarum.

CAP. XXV.

De profectioe tercia Scotorum ad Hyberniam, facta per ³ Smōnbricht, & ejus ⁴ Genealogia. CAP. XXVI.

De eodem ⁵ Smōnbricht & Cathedra Regali lapidea, & ejusdem vaticinio.

CAP. XXVII.

De rege primo Scotorum inhabitancium insulas Albionis.

CAP. XXVIII.

De Pictis advenientibus Hyberniam, pro sedibus ibidem habendis, quos abactos Scoti miserunt ad Albioniam.

CAP. XXIX.

De hiis quæ Beda de Pictorum adventu conscripsit.

CAP. XXX.

De causa prima Scotorum aditus ad insulam Albionem.

CAP. XXXI.

De diis gencium, ymmo verius, gencium dæmonibus.

CAP. XXXII.

1. *Antea*, Bartholomeo. 2. *Quomodo Ed. pr.* 3. *Smonbracht Ed. pr.* 4. *Genealogia MS.* 5. *Smonbracht Ed. pr.*

Johannis de Fordun

De eisdem & earum in talibus stulticia. CAP. XXXIII.

De primo rege Scotorum regnancium in Albione.

CAP. XXXIV.

¹ Quod à gentibus Pictorum, & Scotorum, Boriales
Albionis partes prius possessæ fuerant. CAP. XXXV.

Expliciant Capitula Libri primi.

Incipies Opus Hoc Adonay Nomine ² Nostri

³ Exceptum Scriptis. Dirigat Emanuel.

⁴ Fauces Ornate Ructent, Dum Verbula Nectant.

Compileris nomen superis Elementis

Construe, quem, Lector, precor ora scandere cælum,

Atque Pater Noster offer amore Dei. Amen.

⁵ Literæ majusculæ trium horum Versuum (⁶quæ *supera Elementa* in prædicto versu nominantur) insimul compositæ reddunt Authoris nomen

JOHANNES DE FORDVN,
qui Scoto-Chronicon scripsit."

1. Quomodo *Ed. pr.* 2. Nostrum *MS. Harl.* 3. Excerptum *MS. Harl.* 4. Fantes *Ed. pr.* 5. *Hæc plane sunt à manu recentiori; à qua & in marg. verba ista (ab Editore priore omisa) habemus: Johannes de Fordun, compileris hujus Operis, floruit Anno Domini 1210.* 6. *Antea,* qua.

De vetustate originis & gestis Scotorum; & primo de mundo sensibili. Fol. 2. a.

CAPITULUM I.



EX variis quippe veterum scripturis Cronographorum colligitur, quod gentis antiquissimæ natio Scotorum à Græcis & Ægipciorum reliquiis, ceteris mari rubro cum rege submersis, primum ceperat exordium. Igitur educacionis suæ, regnorum viz. Græciæ simul & Ægypti, ceterorumque peregrinacionis suæ locorum & stacionis, sedis eciam habitacionis modernæ situs, ² describere puto conveniens, ut sub quo vel cœli cardine vel orbis parte situata consistant Lectori facilius patefiat. Omnipotens autem Deus, Creator omnium & rector, mundum in sua creacione, secundum Philosophos, rotundam voluit habere formam, & in ejus regione media terram posuit, omnium vegetabilium, sensibilibium, & racionabilium matrem, nutricem, & habitaculum: ab omnibus cœli partibus, in centri modum, æquali ³ separatam intervallo. Est autem mundus sensibilis, terra viz. infiniti maris Oceani aquis undique cincta. Cujus brachiis multiformiter invasa, percussa, & furcata, ac humiditate sua per oc-

1. Græciæ *Ed. pr.* 2. *Antea*, describere. 3. Separatam *MS.* cultos

Johannis de Fordun

cultos meatus humectacione penetrata, ne nimiae ficcitatis dominio in pulverem penitus redigatur. Habet igitur mundus quatuor principales punctos five ¹ paralellos abinvicem æque distantes; ² scilicet Orientalem, Occidentalem, Australem, & Borealem. A quibus quatuor venti cardinales procedere dicuntur cum suis octo ventis collateralibus.

De quatuor ventis cardinalibus, ³ quorum &c.

CAPITULUM II.

PRIMUS punctus, five cardinalis ventus, in Oriente consistit, ubi Sol oritur, sub ⁴ Æquinoxio vernali: & dicitur Subsolanus. Iste vero ventus duos habet collaterales, Vulturum versus Septemtrionem, eciam Eurum versus Austrum. Secundus vero punctus, vel ventus cardinalis, situm habet in Occidente, ubi Sol occidit sub Æquinoctio Autumpnali; & dicitur ⁵ Favonius, quique duos habet collaterales ventos, scil. Circium versus Aquilonem, & Zephyrum versus Austrum. Tercius punctus seu ventus cardinalis est Aufer, atque sub Polo ⁶ Antartico Æstivalis Solsticii, ubi Sol alcius ascen-

1. Sic. 2. Viz. *Ed. pr.* 3. Quorum collaterales octo sunt, & de capite mundi sensibilis, in oriente Paradiso terrestri. *Ed. pr. haud aliter nimirum atque in ipsis ad initium operis summaris. Nec quidem alibi in Ed. pr. Contenta ad principium cujusque capituli variant à summaris ad principium hujus operis.* 4. Sic. 5. Fovonius *MS.* 6. Antartico est æstivalis *Ed. pr.* Anthartico autem pro Antartico in *MS.*

dit,

dit, in meridie situatur, & hic duos habet collaterales ventos, Nothum scil. versus Orientem & Affricum versus Occidentem. Quartus quoque punctus aut cardinalis ventus est Boreas, qui vero sub Polo ¹ Arctico Hyemalis Solsticii Fol. 2.b. sistitur, ubi Sol media nocte profundius descendit; & hic utique duos habet collaterales ventos, Aquilonem versus Occidentem & Chorum versus Orientem. In Oriente quidem sub cardinali Subfolano terra sive mundus sensibilis initium habet, cujus capud terrestris est Paradisus, locus florum & arborum, omni suavitate redolencium, amœnissimus; inhabitabilis tamen propter Adæ peccatum hominibus, sed Spiritibus bonis, ² animabusque glorificatis receptibilis. In tantum vero constat locus ille super altitudinem terræ levatus, quod universale diluvium, cacumina moncium longe transgrediens, illic attingere non valebat.

De tribus mundi partibus inæqualiter ³ divisis.

CAPITULUM III.

MUNDUS autem, secundum Isydorum, in tres non æquales partes divisus est; Asiam ⁴ scilicet, Affricam & Europam. Qui quidem ideo divisus dicitur, quoniam à Favonio

1. Arthico *MS.* 2. Animalibusque *Ed. pr.* 3. Diversis *MS.*
4. Viz. *Ed. pr.*

Johannis de Fordun

vel Occidente finus Oceani permaximus terram intrans, & ab ejus australi plaga Circialem dividens, scil. Affricam ab Europa, pene mundi pertingit ad medium, ubi finum efficiens angularem, versus Boream inter Orientales Europæ fines & Asiam contra Polum¹ Arcticum directe dirigit Oceano cursum suum. Asia vero, quæ media creditur esse pars orbis, ex nomine cujusdam mulieris est appellata, quæ apud antiquos regnum tenuit Orientis secundum Isydorum. Hæc à puncto Boreali per Orientem usque ad Austrum perveniens: ab Oriente ortu solis, à Meridie Oceano, ab Occiduo mari mediterraneo finitur, & à Septentrione quasi sub Polo, Meotide lacu terminatur. Europa dicitur ab Europa filia Agenoris regis Libiæ sic vocata, quam Jupiter raptam ab Affrica Cretam adduxit, & terciam partem orbis terrarum ex ejus nomine appellavit. Incipit autem ab eodem Meotide lacu, descendens per Septentrionalem Oceanum usque ad Occidentem & mare Gaditanum. Pars autem ejus orientalis & meridiana à Ponto confurgens tota mari mediterraneo conjungitur, & ad idem Gaditanum Fretum terminatur. Affrica tertia pars mundi dicitur esse contra Asiam & Europam, quæ tamen

Fol. 3.a. minor est, secundum Yfidorum, spacio quam Afsya vel Europa, sed pro sua quantitate² decior, & mirabilior qualitate. Hoc nomen habet ab

1. Arthicum *MS.* 2. Sic *MS.* pro dicior.

Affer uno de posteris Habrahæ de Cethura, qui dicitur exercitum duxisse versus Libiam, & ibi victis hostibus confedisse, suosque posteros, Afros nominasse. Incipit autem à finibus Asyæ juxta Meridiem, pergens per ¹ meridianum Oceanum, ² usque ad Athlantem montem. A Septentrione vero mari mediterraneo clauditur & in Gaditano Freto eciam finitur. Et sic medium mundi sola tenet Asya, medium vero Europa & Affrica, quæ idio duæ factæ sunt, quia inter utramque ab Oceano mare magnum ingreditur, quod eas interfecat.

De Divisione trium mundi partium inter tres filios.

CAPITULUM IV.

SIC autem diviserunt mundum inter se ³ Noë, Sem, Cham & Japhet, filii Noë, post diluvium. Inter quos Sem cum sua posteritate Asyam, Japhet Europam, & Cham Affricam possederunt. A quibus diffeminatum est omne genus humanum, per naciones & regna super terram, viz. à Sem Judæi & Sarraceni, ymmo verius Agareni. A Japhet Gentiles, quorum pars maxima Christiani. Et à Cham Chananæi, qui maledictione Noë prophetantur expellendi de loco habitationis suæ. Hæ vero tres partes mundi multas habent & diversas regiones, quas

1. Meredianum *MS.* 2. Usque Atlantem, *omisso ad, Ed. pr.*
3. Noë *hocce abesse malim.*

Johannis de Fordun

omnes nullatenus, sed eas solummodo quæ ad opus inceptum necessariæ videntur, intendo¹ describere, vel eas saltem quæ dignæ sunt ob Patronorum reverenciam, singulari laude præferri. Ut est Jerusalem Sancta civitas, & urbs etiam Romana. Asiæ prima regio in Oriente secundum Vincencium est Paradisus terrestris, sed nobis ignota; deinde India sub ortu solis: ultima vero versus Boream est Scithia superior, & ultima sua regio versus Austrum est Ægyptus, ex qua scripserunt antiqui Scotos primordii partem habuisse. Inter has regiones, scilicet Ægyptum & Scithiam, super mare mediterraneum Jerosolima regio consistit, ubi situs est Sanctæ civitatis Jerusalem, in qua filius Dei Deus & homo Ihesus Christus Dominus Noster pro omnium salute passus est. Affrica vero primam habet ab Oriente regionem Libiam Cirenensem, Ægypti partibus conjunctam. Ab Austro Æthiopiam superiorem, & ultima regio versus Occidentem inferior est Æthiopia. Est enim triplex Æthiopia, cujus pars occidua est montuosa, incipiens ad montem Athlantem. Media vero arenosa. Oriens autem deserta. Ad mare mediterraneum in Boreali plaga Zeugis est regio, ubi quondam Cartago magna, ipsa est vera Affrica.

1. *Antea*, distribuere.

De situ quarundam regionum Europæ.

CAPITULUM V.

DEINDE pro¹ describendis quibusdam Europæ regionibus stili aptandus est, Fol. 3. b. de qua Tholomæus in Tripertita Nova, sic: Habet autem Europa post Asyam plus de habitabili terra, ymmo secundum suam quantitatem supra omnes partes terræ, amplius est populosa. Europæ vero prima regio est Scithia inferior, & incipit sub Polo² Arctico à montibus Riphæis, & Mæotidis paludibus, inter Danubium & Oceanum Septentrionalem, & usque Germaniam porrigitur. Et habet ab Oriente mare mediterraneum, quod ibidem Balthicum dicitur à³ Balth, loco ubi terram intrat ab Oceano. A qua regione secundum quosdam Albionenses Picti progressi sunt. Deinde super litus mediterranei maris & in mari versus Austrum septem sunt Græcorum provinciæ, quæ quondam regna fuerunt, scil. Dalmacia, ⁴ Epyrus, Ellades, quæ & Atticha, (ubi ⁵ fuit Athenæ mater liberalium arcium & nutrix Philosophorum) Theffalia, Macedonia, Achaya, & Creta in mari, quæ & Centopolis quondam dicta est. Cum insulis Cycladibus numero LIII. quarum Metropolis est Rodus. Etiam in sinu Achayæ

1. Distribuendis *Ed. pr.* 2. Artico *MS.* 3. *Antea,* Bath.
4. Epyriis *MS.* 5. *Antea,* sunt.

Johannis de Fordun

Archadia, quæ & Scicionia. Ab istarum una regionum propter infolencias progressi sunt quidam Græci, & cum Ægipciis conjuncti unum fecerunt Scotorum populum, ut in sequentibus patebit. Super idem itaque mare versus Austrum, in angulari sinu quo retorquet versus Boream, principales situantur ¹ racione regiones à duabus partibus mari conjunctæ. Quæ sunt Italia, Tuscia, Etruria, ² Calabria, & Appulia, quarum pene medio famosissima urbs Roma situatur. Cui maxima pars mundi quondam fuit subjecta. In qua gloriosi Petrus Apostolus, Orthodoxorum sub Christo Vicarius, & Paulus gencium doctor passi, cum aliis innumerabilibus sanctis martiribus, confessoribus & virginibus requiescunt.

De eodem, & insulis Europæ majoribus.

CAPITULUM VI.

ULTIMA quidem Europæ regio sub plaga Favonii est Hispania, vel Gades insula, quæ cxx. passibus in Oceano mari separantur ab Hispanica terra, quibus quondam Hercules suas fixit columnas. Duæ sunt Hispaniæ, citerior & ulterior, diversas regiones continentes. Legionem scil. & Castellum, Navarriam, ³ Ar-

¹. *Malim, Romanæ pro racione, cum MS. Harl.* ². Calabria MS. Harl. ³. *Ita etiam MS. Harl. Antea, Arragoniam.*

rogoniam,

rogoniam, & Portugalliam, cum ceteris provinciis, ut est Galicia, cujus indigenæ secundum Yfidorum Græcam sibi vendicant originem; & ¹ Celtibia super Hyberum flumen: quibus Scoti primam habuerunt aliqualem temporis stacionem. Insulas etiam habet Europa multas & magnas, quarum maximam Albionem in Oceano plaga Circiali sitam. Cujus austrina pars & major olim à Britonibus habitata, Britannia dicta, sed Anglia modo ² nuncupata. Borealis itaque pars ab antiquo Scotis inculta dicebatur Scocia, quæ nunc etiam Deo protegente suum est regnum principale. Habent etiam Scoti multas insulas numero c. vel eo amplius, per eos ab antiquis temporibus possessas, ultra quarum ripas sub ³ circino non invenitur terra, excepta ⁴ quadam, ut aiunt, ⁵ insula Tyle dicta, navigatione vii. dierum ab ipsis discreta. Ultra quam navigatione unius diei pigrum & concretum dicunt mare. Etiam ultra Britanniam in Oceano inter eam & Occidentem insula situm habet Hiberniæ: qua Scoti fixerunt primam sedem. Hæc vero quantum ad propositi præambulum, de regionum ⁶ descriptione sufficiant ad præsens. Et ad mundi transactas ante Dominicam Incarnationem ætates hoc opere ponendas percurramus.

1. *Malim, Celtiberia, cum MS Harl.* 2. *Malim, nuncupatur, cum MS Harl.* 3. *Circello Ed. pr. Circino plane scribitur in Cod. nostro, quod non aliud quam circino (vel circeno, nam & alibi e pro i in hoc Codice) valere existimo. At circio in MS Harl.* 4. *Quædam MS.* 5. *Deest insula in Ed pr.* 6. *Ansea, descriptione.* De

Johannis de Fordun

De numeris annorum ab origine mundi.

CAPITULUM VII.

AB origine mundi cursus annorum, ad Christi Nativitatem, antiqui patres in quinque¹ ponentes ætatibus, quas tamen non omnes uno & eodem² numero, sed varie, distinguunt: Igitur in infra scribendis istius Cronicæ temporibus antiquæ translationis annorum summa, quam sancta tenet Ecclesia, servetur,³ quousque finem operis faciat, per quem inceptum est, qui fons est & initium totius⁴ bonitatis initio carens, & finis nullatenus habens finem. Ipsarum autem ætatum prima continet annos à mundi principio ad diluvium MMCCXLII. A diluvio quoque secunda tenet annos, ad Nativitatem Habrahæ, DCCCCXLII. Tercia quidem, ab Habraham ad regnum David, annos⁵ habet DCCCCXXX. A regno quoque David ad transmigracionem annos habet ætas quarta CCCCLXXXV. Quinta siquidem ætas ab ultima transmigracione filiorum Israëlis in Babilonem, usque Dominicam Incarnacionem, annos continet⁶ DLXXXVIII. Et sic habetur ab initio mundi

1. Partiuntur *pro* ponentes in *Ed. pr.* 2. *Antea*, modo *pro* numero. 3. Quousque facere operis faciat, *Ed. pr.* 4. Bonitatis, initio carens & fine, nullatenus hujus finem *Ed. pr.* 5. Habent *MS.* 6. *Potius*, 590, *cum MS. Harleyano.*

summa totalis ad Incarnacionem MMMMMXCIX.

Unde quidam ¹ metricè sic :

Ætatem plebis à primo patre videbis, *Versus.*
Ad Christum c. bis, M. quinquies, I. removebis, &c.

De motu primo Scotorum originis.

CAPITULUM VIII.

IN ætate vero tertia, temporibus Moyfi, Rex ² quidem unius regnorum Græciæ, nomine Neolus ³ originis, vel Heolaus, filium ⁴ habens vultu elegantem, animo tamen instabilem, nomine Geythelos, ⁵ quem ⁶ nullum in regno po- Fol. 4.b. testatem habere permiserat; ⁷ dum concitatus in iram, & manu multorum munitus juvenum, horrenda crudelitate paternum regnum multis affecit cladibus, & insolenciis patrem & incolas offendens vehementer. Quapropter à patria violenter expulsus navigio divertit in Ægyptum, & ibidem, quia fortitudine simul & audacia præpollens, atque regali propagine natus extiterat, filia Pharaonis Scota conjugio sibi fuerat copulata. ALIA CRONICA. Infestabant om- *Alia Cronica.* nem Ægyptum Æthiopes illis diebus, more fo- *nica.* lito vastantes à montibus usque civitatem Mem-

1. Metricè,

Sic ætatem plebis à primo patre videbis,

Ad Christum c. bis, ac quinquies M. removebis.

Ed. pr. 2. *F.* quidam. 3. Originis *abesse malim, cum MS. Harl.*

4. Hujus *pro* habens *in Ed. pr.* 5. *Antea mittebatur* quem. 6. *Lege,* nullam, *cum MS. Harl.* 7. *Malim, unde pro dum, è MS. Harl.*

Johannis de Fordun

phym, & mare magnum: ideo Neoli regis filius Gaythelos Pharaonis ¹ confœderati, in adiutorium sibi cum exercitu magno missus est. Cui ² confœderacionis gracia pacti, rex unicam ³ filiam tradidit in uxorem. **LEGENDA BRANDANI.** Legitur inibi quemdam militem, cui ⁴ principales generis sui dignitatem attribuunt, Athenis in Græcia regnasse; cujus filium, nomine Gaythelos, filiam Pharaonis regis Ægypti Scotam, à qua Scoti nomen eciam traxere, conjugio perhibent habuisse. Qui scil. Gaythelos viribus præstans & audacia, dum patrem vel ceteros insolencia perurgeret, causa ⁵ repulsa potius quam voto discedens, animosa fretus manu juvenum in Ægyptum secessit. **ALIA CRONICA.** Gaythelos autem quidam, nepos, ut fertur, Nembrocht, per generis successiorem regnare nolens, per indigenas ipsius tyrannidi nolentes subesse, auxiliantibus finitimis, ex patria cessit, quem secutus est populus multus juvenum cum exercitu. Denique ⁶ multis per loca varia bellis ⁷ laceratus, & inopia victualium compulsus venit in Ægyptum, & cum rege Pharaone junctus, filios Israëlis una cum Ægipciis nifus est in servitutem perpetuam tenere: unde filiam Pharaonis unicam nomine Scotam uxorem duxit, animo tendens ut in regnum Ægypti Socero succederet.

*Legenda
Brandani.*

Alia Cronica.

1. Confiderati *MS.* 2. Confideracionis *MS.* 3. Scotam *addit MS. Harl.* 4. *Anca*, principalem. 5. Repulsus *MS. Harl.* 6. Multus *MS.* 7. *Sic.*

De succedentibus in Ægipto regibus usque Pharaonem.

CAPITULUM IX.

REGNUM Ægipti, cui primo nomen Ætherea, omnium regnorum antiquissimum est, præter Scitharum, secundum Vincencium, quod tempore Ragau, 1 abavo Habrahæ, sicut & Scithia, legitur originem habuisse. Unde contencio diu inter Scithas & Ægipcios de sui generis antiquitate habita est. Scithæ tamen antiquiores visi sunt. Hoc autem regnum Æ-
 Fol. 5. a.
 gipti duravit à tempore Ragau usque ad 2 Octavianum Augustum, non tamen continue sed factis quibusdam interrupcionibus. In quo regno primum regnavit, ut quidam volunt, Pharao, per quem Pharus civitas ædificata legitur, à quo eciam posteri reges dicti sunt Pharaones. Post quem regnavit Zoes. Tempore quidem nativitatis Habrahæ, regnum Ægipti regebatur per potestates quæ dicebantur Dinaftiæ. Porro in. xvii. Dinaftia regnaverunt Pharaones, quorum unus sublimavit Joseph, quem Commestor Nephrem vocat. Et iste Nephres Pharao mortuus est anno terciodecimo ducatus Joseph. Cui succedens Amosis Pharao regnavit annis. xxv. Cui Chebron Pharao annis. xiii. Cui Amenophis Pharao annis. xxi. Cui Mephres Pharao annis. xii. cujus anno nono obiit Joseph.

1. F. abavi. 2. Octavianum Ed. pr.

Johannis de Fordun

Deinde Mispharmotofis Pharao annis. xxvi. Cui successit Authomofis Pharao, annis. ix. Cui Ammenophis annis. xxxi. cujus filia Thoremuch, anno regni sui xxvi. natum Moysen de aqua suscipiens in filium adoptavit; ¹ & post hoc ² Amenoph ille annis quinque regnavit. Post Horus Pharao annis. xxxviii. regnavit. Cui Acentris Pharao annis xii. Cui ³ Achorifis Pharao annis. vii. Cui Chencres Pharao succedens regnavit annis. xviii. Quique persequendo filios ⁴ Israëlis in mari rubro submersus est. Cujus eciam erat filia Scota, quæ memorato Gaythelos ⁵ conjunx fuerat.

De tempore quo Scoti primam habuerunt originem, & à quibus, & eorum —

CAPITULUM X.

A MUNDI quoque principio transactis MMMDCLXXXIX. annis, in terciæ viz. ætatis anno DV. qui fuit ante captivitatem Trojæ ⁶ CCCXXX. ante condicionem urbis ⁷ DCCLX. & ante Domini Nostri Ihesu Christi Nativitatem. ⁸ MDX. supradicto Pharaone cum suis exercitibus submerso, sexcentis ⁹ scilicet curribus, quinquaginta milibus equitum, & ducentis milibus pe-

1. Est pro & in MS. 2. L. Amenophis cum MS. Harl. 3. Achorifis antea. 4. Israël Ed. pr. 5. Conjux Ed. pr. 6. CCCIX. MS. Harl. 7. Antea, DCCLXXX. 8. MDL. MS. Harl. 9. Et pro scilicet in Ed. pr.

ditum

ditum armatorum ; Hii vero repente qui super-
 fuerant domi superstites, à servitute frugum
 olim illata per Joseph tempore famis sperantes
 absolvi, generum regis Gaythelos, Glas, inson-
 tes Hebræos ¹ nolentem persequi, ne super eos
 dominium invaderet, cum suis de regno penitus
 abigebant. ² Cunctis itaque Græcorum pariter
 & Ægipciorum nobiles, quos nequaquam vorax
 absorbuit Pelagus, allecti Pagenses, servili tu-
 multu crudeliter à se propulerunt. ALIA CRO- *Alia Cro-*
 NICA. Gaythelos autem ex industria inter *nica.*
 ipsum & regem Pharaonem ³ condic̃ta post ex-
 ercitus civitate remansit Heliopoleos, suo quasi
 regno forsitan successurus. At populus Ægip-
 cius, qui residuus adhuc fuerat, quid de suo rege
 contigit advertens, simulque præcavens, ne jugo
 tyrannidis alienæ semel submissus, excutere de-
 nuo non valeret ; Collectis igitur viribus Gay-
 thelo mandat, quod, si ocius è regno non ma-
 turaret exitum, ⁴ inexterminabile sibi ⁵ suisque
 proveniret excicium absque mora.

*De electione Geythelos in regem, & ejus
 profectioe versus —*

CAPITULUM XI.

PRÆTEREA ⁶ Gaythelos, quoniam gener
 regis omniumque nobilissimus, ab expulsis

1. Volentem *MS. Harl.* 2. L. cunctos cum *MS. Harl.* 3. Con-
 dita *MS. Harl.* 4. Interminabile *MS. Harl.* 5. Fuisset pro suisque
 in *MS.* 6. *Amea*, Geythelos, quia gener.

Johannis de Fordun

utriusque gentis nobilibus in regem erigitur. Sed nichilominus, exercitu quanquam numero stipatus, caute perpendit, se tantæ multitudinis hostium turmis sæviencium non posse resistere: sed & iterum in Græciam sciens obstructam redditus ¹ orbitam, ob perpetrata ibidem prius scelera, suorum consilio majorum ² pro rata quippe decrevit, ut aut regnum & terras ³ aliis abriperet gentilibus armis perpetuo colendas; seu, Diis sibi faventibus, desertas saltem mansiones ⁴ conquireret possidendas. ⁵ Quodque pro viribus ⁶ omnes executione debita profequi communi proposito conjurantur. Sublimato quidem ⁷ Gaythelo ⁸ ergo duce, nobiles expulsi, ut in extremi mundi finibus, velud opinantur, adhuc ⁹ vacans novas terras ¹⁰ igitur colendas ¹¹ acquirerent, juvenilibus ducti quodammodo lasciviis, classem non modicam immixtis victualibus cum ceteris navigio necessariis oneratam citissime præpararunt. ALIA CRONICA. Collectis igitur Gaythelos suis omnibus, cum uxore Scota ab Ægipto recessit: & quia propter veteres inimicicias timuit in partibus, è quibus in Ægiptum venerat, repe-

Alia Cronica.

1. Orbatam MS. 2. Malim, pro rato decrevit, cum MS. Harl. 3. Ab aliis abriperet gentibus MS. Harl. 4. Conquereret MS. 5. Quod & pro MS. Harl. rectius forsan. 6. Antea, omnibus. 7. Antea, Geythelo. 8. Deest ergo in MS. Harl. 9. Sic quidem MS. pro vacantibus, ni fallor, vel potius, ut in Codice Harleyano, vacuis. Antea vacuas edebatur. 10. Sibi pro igitur in Cod. Harl. Et quidem rectius, ut p. 10. 11. Acquirerent MS.

dare,

dare, versus occidentem iter vertit, ubi noverat,
 1 & pauciores & minus bellicosos habitare populos, cum quibus congregari necesse fuerit, hominibus armis minus doctis. Item ALIA CRO- Alia Cronica.
 NICA. Denique paratis omnibus, 2 Gaythelos cum conjugē totaque familia, ceterique duces, Deorum suorum 3 regimini fidentes, scaphis ad-
 vecti naves conscendunt paratas, & anchoris funditus subductis, nautarumque funibus diligenti cura solutis, vela lacius ventorum afflatibus expanduntur. Mediterraneum inde fretum petentes, inter australes Europæ fines & Affricam proris pelagi secantibus undas, versus occidentales mundi plagas tetendêre.

De tempore quo Gaythelos stationem fecit in Affrica, & causa qua primo venit in Hispaniam. Fol. 6. a.

CAPITULUM XII.

4 **G**Aythelos itaque, provinciis pluribus pervagatis, & variis per loca stationibus quæ repperit 5 optimiora factis, quia populum, quem duxit, mulieribus ac parvulis multisque sarcinis oneratum, ultra modum vexari noverat, per 6 Aufaga flumen Affricam intrans, per aliquod temporis spacium Numidiæ pro-

1. Ut pauciores, ut minus bellicosos *Ed. pr.* 2. *Antea*, Geythelos. 3. *Regimine MS.* 4. *Antea*, Geythelos. 5. *Opimiora conjecit cl. Galeus, & sic quidem edidit.* Oportuniora in *Codice Harleyano.* 6. *Anfaga MS. Harl.*

*Johannis de Fordun**Alia Cronica.*

vincia quievit; licet illius patriæ cultores nullam requiei certam habent sedem. Igitur per annos. XL. quibus habitaverunt filii Israëlis in deserto sub Moyse, & ipse Gaythelos cum suis nunc hac nunc illac per plures vagabatur terras: sed, Affrica tandem relicta, navibus quas habere tunc poterat ascensis, juxta Gades insulas advehitur in Hispania. ALIA CRONICA. Sic quidem diu per maris¹ incogniti loca huc illucque vagi plura pertransiunt; &, prout contrario ventorum agebantur impetu, pericula multa discriminaque varia perpeffi, cogente tandem alimentorum penuria, quasdam insperatas Hispaniarum ad horas incolumes adventant. Ubi naves ejectis anchoris affixæ tenacibus quieverunt.

De causa sui recessus ex Ægipto secundum quosdam.

CAPITULUM XIII.

PERHIBETUR tamen alibi, multos Ægyptios & advenas² simul Græcos, non solum humano metu, sicut superius³ exprimitur, sed potius timore divino perterritos, ab Ægipto procul & patria nativa fugisse. Videntes autem terribiles plagas & signa, quibus per Moysen afflicti fuerant, timuerunt valde, nec ausi sunt ibidem amplius præstolari. Nam sicut Gomor-

1. Incognita *MS. Harl.* 2. *Deest* simul in *Ed. pr.* 3. *Exprimitur MS. reorum*

reorum regiones cum populis & Sodomorum, olim in cineres propter peccata redactæ fuerant, sic totam sperabant Ægyptum cum incolis subito subvertendam. Quod & in Historia Scolastica patet, ubi dicitur : Multi quidem Ægyptiorum timentes Ægyptum perituram egressi sunt ; quorum ¹ Cicrops in Græciam transiens urbem condidit Athen, quæ postea dicebatur Athenæ. Creditur eciam ea tempestate quod Dionisius Bachus, egressus ex Ægypto, Arges in Græcia civitatem condidit, & usum vineæ ² Græcio dedit. Siquidem vel hujusmodi sponte metu divino ductam, five violenter ab hostibus coactam, modo penitus è duobus altero verum esse docetur, Scotam cum viro, magna sectante familia, territam Ægypto processisse. **GROSSUM** ^{Grossum} **CAPUD.** ^{Caput.} Antiquitus autem exiit de Ægypto Scota, filia Pharaonis, cum marito suo nomine ³ Gayel, & maxima Comitiva. Audierant enim mala quæ superventura fuerant Ægypto, & hoc per præcepta Deorum vel responsa, plagas fugientes quasdam venturas miserunt se in mari, ^{Fol. 6.b.} Deorum suorum gubernaculo committentes. Qui taliter diebus plurimis per ⁴ marina fluctuantibus animis navigantes, tandem littori cuidam propter aëris intemperiem læti applicuerunt.

1. Sic Codd. MSS. Antea, ut vulgo effertur, Cecrops. 2. F. Græciæ, cum MS. Harleyano ; nisi malis Græcis, quemadmodum sane edidit cl. Galens. 3. Gaich MS. Harl. 4. Sic MS. Maria Cod. Harl. & Ed. pr.

Qualiter Gaythelos primam optinuit sedem
in Hispania.

CAPITULUM XIV.

ILLIS interim diutina maris fatigacione vexatis, & acquirendi gracia victus ac quietis ad terram Hispaniæ properantibus, ex omni parte concurrunt cives, ¹ eorum indigne ferentes adventum, bello proponunt & armis obfistere; sed & pugna mox ingenti contencione commissa victi sunt indigenæ pariter & fugati. Patrata deinde victoria ² Gaythelos cives insequitur, & aliquantis agrorum prædatis ³ at litora reversus, in quodam ⁴ alciori loci monticulo tentoria vallo circumdata confixit, ubi ⁵ tucius hostium insultantibus cuneis poterat obviare. Quo postmodum subactis aliquantis per incolis opidum interpolate fortissimum, nomine Briganciam, ædificans, cujus in medio maximæ celsitudinis turrim constituit, profundis adhuc patentibus fossis circumseptam. Omnibus igitur diebus vitæ suæ continuis affectus bellorum incurfibus ibidem deguit, variisque ⁶ fortunæ casibus jugiter obvolutus. **LEGENDA SANCTI BRANDANI.** Gaythelos autem ex Ægipto pulsus, & sic per mediterraneum mare vectus navibus ad Hispaniam applicat, atque super

*Legenda
Sancti
Brandani.*

1. Sic MSS. eorumque ind. Ed. pr. 2. Geythelos Ed. pr. 3. Sic.
4. Malim, alcioris, cum MS. Harl. 5. Deest tucius in Ed. pr. 6. Deest
fortunæ in Ed. pr. ¹ Hybe-

¹ Hyberym flumen turrim condens nomine Briganciam, locum & sedem violenter ab incolis usurpavit.

De continua cæde suorum ibidem, propter quod exploratores pro terris Oceano scrutandis direxit.

CAPITULUM XV.

MULTIMODIS interim afflictus ibidem incommodis ² Gaythelos, cujus circa gentis suæ tuicionem, sicut utilem decuit & curiosum principem, tota versabatur intencio, cum aliud illac eventum sibi nullatenus advenire prospexerat, quam aut à populis Hispanorum fortissimis ipsum cum gente de superficie terrarum omnium deleri, vel jugo perpetuæ subici servitutis: & licet adversariis sæpius strages plurimas ipsum inferre contigerat, nunquam tamen aut una potitus est victoria absque suæ gentis exiguæ detrimento, quam quotidiano jugique dispendio minui potius prospicit quam augeri. De tali vero continua cæde, necnon imminente ³ discidio, seu deinceps de dicto ⁴ quid agendum negocio, dum cura pervigili præcavens mente divolveret, secum tandem ⁵ disceptans animadvertit, quod quas paciebatur merito tulisset angustias; utcumque suum primitivæ deliberacionis propositum, terras scil.

1. Hiberum *MS. Harl.* 2. *Antea*, Geythelos. 3. Discidis *MS.*
4. Quod *Ed. pr.* 5. Deceptans *MSS.*

Fol. 7. a. vacuas nulli molestiam inferens acquirere, dimiserat, sed & solum insultans aliis divinitus adhibitum populis, quod in hoc suos multipliciter Deos offendisse speravit. Ad præconceptum igitur in Ægipto propositum intendens regredi, suorum consensu majorum nautas convocat, & eos armis instructos cum naviculis victualibus relictis terras quæsitum¹ desertas ad infinitum confestim dirigit Oceanum perscrutandum. Illi nimirum abeuntes naves petunt, & explicatis² velis, litus linquentes³ Hispanicum, ad incognita maris loca relictis cognitis adveniunt. Quique cursu velocissimo favore conducti Deorum, procul eminentem viderunt insulam undique salo circumfusam. Ad quam in portu cum applicarent proximo locatis navibus eam explorantes⁴ circuiunt, atque visa quoad poterant insula celeri remige Briganciam repertunt, de quadam plaga terræ pulcherima Oceano reperta suo regi Gaythelo enunciantes.

*Legenda
Brandani.*

De eodem, & exortacione filiorum &c.

CAPITULUM XVI.

GAYTHELOS namque cum esset incolis ingratus, die quodam fereno cum de Brigancia

1. *Annea*, dissitas. 2. Vel *MSS.* 3. *Hispanicam MS.* 4. *Pro circueunt, quo modo plane edidit cl. Galens. At circumiunt in MS. Harl.*

spectans,

ſpectans, eminusque terram contemplatus eſſet in mari, agiles & bellicosos juvenes armat, & cum tribus naviculis exploratum dirigens, alto ſe committunt freto. At illi ſpirantibus auris ad notum tandem ad inſulam conveniunt, & eam contemplando ¹ circuiunt, & remis incolas repertos invadentes ² peremerunt. Sicque tellure luſtrata mirantes ejus decorem ad Briganciam rediunt. Sed Gaythelos morte repentina præventus, filios hortando commonuit, ut prædictam certamine terram invaderent, eorum pariter ſegniciem arguens & ignaviam, ſi tantæ nobilitatis regnum defereretur, quod ſine bello vel quovis discrimine penetrare valerent. “Vobis,” inquit, “hanc inſulam, quicquid de
“ mea ſalute contigerit, facere poteritis, ut af-
“ ſeritur, habitabilem. Applicantibus in hac
“ regione nobis, urgente victus inopia, ³ dum no-
“ ſtri de obſtantibus incolis juſtam dedere vi-
“ ctoriam, ſi ⁴ quamcicuius ut reſectis alimento-
“ rum copia navibus recedentes, hanc, quam
“ Dii nobis jam offerunt, inſulam, vel conſimi-
“ lem cultoribus vacuam adiremus. Hæc igitur
“ nobis adverſancia merito patimur, quia juſtis
“ Deorum votis nullatenus obedire curavimus.
“ In hiis æſtimo partibus domini poſſeſſio dif-
“ ficilis acquiritur, niſi caro nimis precio, ſervili

1. *Quin & hic etiam circueunt* edidit cl. Galeus. In MS. autem *Harl.* circumiunt. 2. *Perimerunt MS.* 3. *Lege potius, Dii no-*
ſtri, cum MS. Harl. 4. *Antea,* quantocius.

Johannis de Fordun

"viz. subjectione, seu ¹ nostrum omnium morte,
 "quod absit, ² mortibus redimatur. Sed & no-
 "bis jocundius est laudabiliusque mortem com-
 Fol. 7.b. "pati bello strenuo, quam ignobiliter quasi vi-
 "ventes moriendo quotidie, sub execrabilis o-
 "nere subjectionis jugiter ³ compediti. Homi-
 "nis enim nullatenus dignus est nomine, cujus
 "continuum, velut ⁴ asini, collo, jugum impo-
 "nitur servitutis. Nunc igitur, o filii, munera
 "Deorum oblata gratanter accipite, & vobis
 "paratam adite, nec tardetis, insulam, qua vel-
 "ud nobiles & liberi degere poteritis, cum sit
 "hominum summa nobilitas, & cordis cujusque
 "generosi desideratissima rerum jocunditas,
 "ymmo gemma cunctis mundi merito praefer-
 "enda jocalibus, nullius Alienigenae dominan-
 "tis imperium pati, sed ⁵ successionem solummo-
 "do propriae nationis uti spontaliter potestate.

*Qualiter Hyber, filius Gaythelos, dictam ag-
 grediens insulam —*

CAPITULUM XVII.

AUDITIS igitur Iber patris sermonibus
 cum Hymec fratre navigio praedictam
 aggressus est insulam, & eam non vi sed va-

1. *Antea*, nimirum pro nostrum. 2. *Tò* mortibus *abesse malim*
cum MS. Harl. 3. *Potius* compediti, *ut in MS. Harl.* 4. *Azini MS.*
 5. *Antea*, successionem.

cum,

cquam, ut quidam volunt, omni cultore carentem obtinuit, & obtentam fratri suæque familiæ committens, ad Hispaniam reversus est. Quidam vero tradunt, illam insulam primo Gigantes inhabitare, quod & ¹ scriptum in sua Cronica Galfridus Monumetensis Aurelii Ambrosii gesta commemorans, libro septimo sic. GALFRIDUS. Mitte pro Choreæ Gigantum, inquit Aurelio Merlinus, quæ est in ² Gallarao, monte Hybernæ, & infra. Ad cuius verba solutus est Aurelius in risum, dicens, qualiter id fieri posset, ut illius choreæ tanti lapides ex regno tam longinquo adveherentur, ac si Britannia lapidibus careret? Ad hæc Merlinus, ne moveas, ô rex, vanum risum, quia vana non profero. Mistici sunt lapides illi, & ad diversa medicamenta salubres. Gigantes olim eos asportaverunt ex ultimis Affricæ finibus, & posuerunt in Hybernia, dum eam inhabitarent. Causa autem erat, ut Balnea infra ipsos conficerent, cum infirmitate gravarentur. Hæc ille. LEGENDA BRANDANI. Ex filiis Gaythelos ³ unum quidem Hyber nomine, ⁴ Juvenis sed de ætate valens, incitatus ad bellum animo cepit arma, paratoque pro posse navigio prædictam aggressus insulam, partem paucorum incolarum, quos reperit, necat, sibi que partem subegit. Sed

1. Potius, scripsit, cum MS. Harl. 2. Antea, Gallareo. Sed Gilaro in MS. Harl. 3. Juvenis ætate sed valens animo MS. Harl. 4. Ad bellum accepit arma, Ed. pr. Ad bellum arma capit MS. Harl.

*Grossum
Capud.**Legenda.*

Fol. 8. a.

& totam sibi possidendam & fratribus terram vendicat eam, ex nomine matris Scociam nuncupando. GROSSUM CAPUD. Et quia ipsa Ducissa eorum inter omnes, qui aderant, nobilissima¹ fuerat, Scota dicebatur, ipsam partem terræ, cui prius applicuerant, ² scil. Scociam vocaverunt, Oylister. LEGENDA. Postmodum autem ab eodem Hybero rege, vel mari potius Hyberico, Hyberniam vocaverunt. EX CRONICIS. Hyber igitur sua postmodum tam crebra navigacione versus insulam proficiscens, indeque ³ tociens iterum per mare rediens, eidem mari sicut & insulæ de suo nomine vocabulum reliquit æternum. Ita viz. quod Hybericum mare de cetero, ⁴ sic quidem & insula, vel ab eodem rege vel pelago Hybernia vocentur interim & usque tempus præsens. Quidam quoque tradunt scriptores, Hyberum ampnem toti Hispaniæ ⁵ Hyberia nomen dedisse, ⁶ quique nota ab ipso rege, sicut legitur, accepit. Citeriorem autem Hispaniam Januensis scripsit primo vocari ⁷ Hyberniam, sed ulteriorem ⁸ Hesperiam vel ab Hespero stella, quæ in ipsa parte coeli lucet, vel ab Hespero rege, Athlantis fratre, qui ⁹ pulso à Germano Italiam tenet, eamque de

1. Tò fuerat *abesse malim cum MS. Harl.* 2. *Potius, cum MS. Harl.* scil. Oylister, Scociam vocaverunt. 3. *Antea, toties.* 4. *Antea, siquidem.* 5. *Hiberiam MS. Harl.* 6. *Malim, cum MS. Harl.* quodque nomen ab ipso rege. 7. *Hybernia MS. Hiberiam MS. Harl.* 8. *Hispaniam MS. Harl.* 9. *L. pulsus à Germano Italiam tenuit, cum MS. Harl.*

fuo nomine, vel nomine ¹ pristinae regionis quam reliquerat, Hesperiam nominavit.

De hiis quæ Ysidorus, & Beda scripserunt de Ybernia.

CAPITULUM XVIII.

JANUENSIS autem ponit Hyberniam ab ² Hiemps derivatam, eo quod ibi præcipue fit Hyemps dura. Aliter tamen scripserunt omnes Historici, qui ³ mencionem faciunt hujus insulæ. **BEDA.** Est autem Hybernia insula ^{Beda.} omnium post Britanniam maxima, & ad Occidentem ejus sita. ⁴ Sed sicut contra Aquilonem ea brevior, ita in Meridiem se trans fines illius plurimum ⁵ procedens, usque contra Hispaniæ septentrionalia, quamvis magno æquore interjacente, pervenit. Hæc autem & latitudine sui status, & salubritate, ⁶ ac serenitate aërum, multum Britannia præstat. Ita ut raro ibi nix plusquam triduana remaneat; nemo propter Hyemem aut foena ⁷ fecet æstate, aut stabula fabricet Jumentis. Nullum ibi reptile videri ⁸ solet, nullus vivere serpens valeat. Nam si aliunde illuc serpentes allatæ fuerint, mox ut odorem aëris illius persenserint, intereunt. Quin potius omnia pene, quæ de eadem insula sunt, contra

1. Prestinæ MS. 2. Hieme MS. Harl. 3. Mentionem MS. 4. Et pro sed in Ed. pr. 5. Rectius, protendens, cum MS. Harl. 6. Et Ed. pr. 7. Scetet MS. 8. Soleat Ed. pr.

venenum valent. Dives lactis ac mellis infula,
¹ nec vinearum ² expers, ³ volucrumque, sed &
Isidorus. cervorum caprarumque venatu insignis. Y S I-
 D O R U S. Hybernia Occiani est infula in Eu-
 ropa, Britanniae infulae vicina, spacio terrarum
 angustior sed situ foecundior. Haec ab Austro
 in Boream porrigitur, cujus partes priores in
⁴ Hyberum Cantabricum Oceanum mare ten-
 dunt. Est autem infula frumentariis campis u-
 berrima, fontibus & fluviis irrigua, pratis & fil-
 vis amoena, in metallis foecunda & gemmigeri-
 Nam ibi gignitur lapis Sexagonus, ⁵ f. ⁶ Hiris,
Fol. 8. b. qui soli ⁷ appositus format in aere Coelestem Ar-
 cum. Quantum autem ad salubritatem aeris,
 est Hybernia regio valde temperata. Modicus
 enim est ibi aestus vel Hyemps. Excessus ibi
 nullus in frigore vel calore. Regio est, ubi
 nulla anguis, avis rara, apis nulla, adeo ut ad-
 vectos inde lapillos vel pulveres, si quis sparfe-
 rit inter Alvearia, examina favos deferant. Nul-
 lus ibidem Serpens, nulla Rana, nulla Aranea
 venenosa, ymmo tota terra adeo est contraria
 venenosis, ut terra inde delata & sparsa Ser-
 pentes ⁸ perimat & Bufones. Lana eciam Hyber-
 nica & animalium coria fugant venenosa. Sunt
 ibidem fontes & lacus mirabiles, de quibus ni-
 chil ad praefens. Sed in illa terra multa sunt

1. Quamvis pro nec in MS. Harl. 2. Expars MS. 3. Volu-
 crum tamen & cerv. MS. Harl. 4. Hybernum Ed. pr. Hibrum MS.
 Harl. 5. Et pro f. (sive scilicet) in Ed. pr. 6. Iris MS. Harl.
 7. Oppositus MS. Harl. 8. Perimit MS.

alia mirabilia, quorum proprietates omitto
 1 describere, quoniam Lectori, ut æstimo, fasti-
 dium generarent.

*De quibus legibus Gaythelos populum
 suum prius instruxit.*

CAPITULUM XIX.

DOCUIT autem populum suum leges fer-
 vare 2 Gaythelos, quas rex Phoroneus
 Græcis dedit. **C**OMMESTOR. Tempore quo *Commeſtor.*
 Jacob consilio matris fugit ad Laban, 3 scilicet
 infra spacium XIV. annorum, quibus ei servivit
 pro filiabus, Phoroneus, filius Ynachi & 4 Nio-
 les, primus Græciæ leges dedit, & sub iudice
 causas agi, locumque iudicis destinatum insti-
 tuit. Locum commerciis forum à suo nomine
 appellavit. Soror ipsius Ysis in Ægyptum navi-
 gans quosdam apices 5 literarum Ægipciis dedit,
 & post mortem ibidem numero 6 Deorum ac-
 cepta est. Filius autem Phoronei rex Argivo-
 rum, qui Apis dictus est, cum fratrem suum
 7 Ægialeum Achayæ præfecisset, ipse cum po-
 pulo ad Ægyptum navigavit, & ibidem mortuus
 ab Ægipciis deificatus est. Eisdem ferme eo
 tempore legibus & lingua fruebantur Ægipcii,

1. *Antea*, describere, quia. 2. *Antea*, Geythelos. 3. *Antea*, viz.
 4. Melissæ pro Nioles in *Ed. pr.* 5. *Antea*, terrarum. 6. Dearum
MS. Harl. rectius. 7. Egealtum *MS.*

sicut & Græci, quamvis secundum diversarum regionum vel gencium mores & ritus in multis differant, ut in scriptis variis reperitur. Unde in libro Ethimolog. ix. de Græcorum lingua

Ysidorus.

YSIDORUS. Lingua enim Græca, quæ in modo pronunciandi clarior est ceteris, in quinque partes distinguitur. Una vero est mixta sive communis, qua omnes utuntur. Secunda Attica, quæ Atheniensis dicitur, qua usi sunt omnes auctores Græciæ sive Philosophi. Tercia Dorica, qua Ægipcii & Syri utebantur. Quarta vero Ionica. Quinta¹ Æolica, qua Æolictæ utebantur. Et ipsarum unaquæque lingua multas habet species, vel varietates. Sic & in lingua Latina continentur Ecclesiastica, Italica, Gal-

Fol. 9. a.

lica, & Hispanica. Sed inter istas linguas fit subdivisio secundum loquendi modum, & propria ydiomata provinciarum. ALIA CRONICA.

Alia Cronica.

Legibus vero, quas Phoroneus rex Græcis mandaverat, & jam suo tempore apud Ægipcios celebratas, memoriter Gaythelos eruditus, populum qui eum secutus est imbuit, & per eandem legum constitutiones, quoad tempus quo vixerat, illum prudenter ac moderate tractavit; unde & usque hodie Scoti nostri eisdem legibus se usos gloriati sunt.

1. Colica, qua Colictæ MSS.

De successione filii Gaythelos Hyber.

CAPITULUM XX.

AD regimen vero Scotorum in ¹ Hispanis permanencium post mortem patris successit Hyber. Cui filius ejus Nonael; deinde quidem quemcunque regimen jure successione attigerat, hunc gens præfecerat suum regem.

ALIA CRONICA. Per CC. circiter XL. annos ^{Alia Cronica.} inter Hispanos, qui eos jugiter infestabant, ægro victu & vili habitu moram fecerunt. Deserta quippe loca montibus ² Pyrenæis & saltuosa, sibi sunt ab Hispanis contradita, ut vix vivere poterant, solummodo lacte caprino & melle silvestri vitam sustentantes. Hiis igitur ærumpnis vel pejoribus multo tempore vixit populus iste, filvis degens & abditis, præter quod ex rapinis habere valuit & prædis, propter quod à circumfritis undique populis maxime detestatus, nichil habens, nudipes gradens, male pastus, habitu vilissimus; nam pene nudus, exceptis saltem pelliciis vel pilosis vestibus, quibus fuerat informiter coopertus. Et in omnibus hiis malis & angustiis, nuncquam, ut regi subderetur alieno vel ad obediendum, flecti poterat, quin potius humilis semper & devotus sub rege proprio cum libertate, tantum hanc vitam eligeret ducere bestialem. GROSSUM CAPUT. ^{Grossum capud.}

1. Potius, Hispaniis, cum MS. Harl. 2. Pirriniis MS.

Scoti quoque quasi à principio regnum ab aliis distinctum, & regem semper proprium habuerunt.

De Micelio rege Scotorum¹ Hispanensium.

CAPITULUM XXI.

PERVENIT tandem regiminis culmen ad virum æque strenuum & industrium, regem viz. Micelium Espayn, cujus antecessoris quidam sibi suisque gentibus cum libertate sedem mansionis acquisivit liberam, sed tantæ numerositatis gentibus nimis modicam. ² Desideratæ vero pacis tranquillitate, pro qua diu certasset, optenta per circuitum ab omnibus, hoc tempore populus fruebatur. Erant enim Micelio tres filii, quorum nomina sunt, Hermonius, ³ Pertholomus, & Hibertus. Ipsos interim ad Hiberniam parata classe copioso transmisit exercitu, sciens ibidem eos ad colendam spaciosam reperire terram sed pene vacuum, licet paucis & ex eodem genere gentibus fuerat antiquitus incolata. Quo post breve spacium cum advenissent, & eam vel bello, vel ab incolis sponte recepti, faciliter occupassent, Hermonius ad patrem Hyspanias rediit, fratres vero sui ⁴ Pertholomus, & Hibertus cum gentibus in insula commanserunt. ALIA CRONICA. Post mortem

Alia Cronica.

Fol. 9.b.

1. Sic. 2. Desiderata MS. Harl. 3. *Antea*, Bartholomus.
4. *Antea*, Bartholomus.

¹ Gaythelos & Scotæ fuorumque filiorum, in illo fuccefferunt ducatu quique proximi fingil-
latim, ficut cafus fe cafibus optulit, ufque quem-
dam qui proprio nomine ² Pertholomus diceba-
tur. Is animo fagax & æque fenfu ³ induftrius
dolere cœpit, fe ⁴ populum fuum in illis parti-
bus crefcere vel multiplicare non poffe, propter
acerrimas & crebras infeftancium moleftias Hi-
fpanorum. Igitur à tam arido folo, quod eciam
⁵ ærumpnofo tenuerant, iter quos itaque qui
eos tanquam hominum viliffimos reputabant,
fefe proponunt eripere, & ad manfiones pro
poffe laciores tranfducere. Confilio ⁶ proni de-
mum inito cum fenioribus ad mare Gallicum
cum fportellis & farcinis accedunt, & compa-
ratis, vel, undecunque poterant, quæfitis navi-
bus, marino discrimini fefe committunt, ⁷ cer-
tas quæfituri, quo fe fortuna perduceret, & per-
petuas cum libertate manfiones. Igitur ad Hy-
berniam ⁸ Pertholomus cum fua familia navigio
profectus eft, & eam fubactis indigenis in per-
petuam fibi poffeffionem optinuit.

1. *Antea*, Geythelos. 2. *Antea*, Bartholomus. 3. Induftris
MSS. 4. Populumque fuum in illis p. crefcere vel multiplicari
MS. Harl. 5. *Antea*, ærumpnofo tenuerant iter, ab iis quoque,
qui &c. Sed legend. potius cum MS. Harleyano, ærumpnofe tenuerant,
inter quos itaque qui &c. que tamen & ipfa etiam corrupta efle vi-
dentur. 6. Malim, proinde, cum MS. Harl. 7. Terras pro certas in
MS. Harl. 8. *Antea*, Bartholomus.

De hiis quæ Galfridus Monumetensis scripsit.

CAPITULUM XXII.

INTER ceteras tamen Historiæ Britonum incidencias, ista ¹ Pertholomi profectio, pro conquirendis Hiberniæ partibus, fabulose reperitur sic inscripta. GALFRIDUS. Gurgunt Bartruc, rex Britonum, Belini regis filius, cum post victoriam à Dacis, tributum solitum denegantibus, optentam, domum navigio per Orcadam rediret insulas, invenit triginta naves viris & mulieribus plenas; & cum causam adventus eorum inquisisset, accessit ad ipsum dux eorum ² Pertholomus nomine, & eo adorato veniam rogavit & pacem. Dicebat autem, se ex partibus Hispaniarum fuisse expulsum, & maria illa circumire. Petebat autem ab eo porciunculam Britannia ad inhabitandum, ne ³ odiosum iter maris diucius perararet. Nam annus & dimidius jam erat emerfus, ex quo à patria sua expulsus per Oceanum cum sociis navigaverat. Ut igitur Gurgunt Bartruc & ipsos ex Hispania venisse, & Vasclenses esse vocatos, & eorum petitionem edoctus fuit, misit homines cum eis ad insulam Hiberniæ, quæ tum vastata omni incola carebat, eamque illis concessit. Denique creverunt illic & multiplicati sunt, insulamque usque ad diem hodiernum tenuerunt. Hæc ipse.

1. *Antea*, Bartholomi. 2. *Antea*, Bartholomus. 3. *Malim*, cum
MS. *Harl.* odioso itinere maris diucius pererraret. De

De dissonanciis Historiarum.

CAPITULUM XXIII.

SED hoc omnino videtur Historiæ præcedenti tam factò quam tempore dissonum, in qua traditur, Hiberniam ante suum adventum cultam fuisse non vacuum, neque de dono regis alieni receptam, sed vel gladio vel indigenarum voto tantum in regem susceptum, sedes eciam ibidem libere quas denuo coluit possidere. Nostræ siquidem nullatenus Historiæ contemporaneos esse tradunt hos reges. Nam in ætate tertia circa dies Abdon Judicis Israëlis, vel ante paulo, cujus anno VI. Trojanum celebratur excidium; ¹ Pertholomi regnum à Cronici initium habere traditur. Regem vero Gurgunt in ætate quinta post primam urbis Romæ captivitatem regnare perhibetur. ² Quoniam, ut refert Galfridus, rex Belinus pater regis Gurgunt cum fratre Brennio, Gallorum regulis omnibus captis, & ad dedicionem infra unum annum coactis, eorum provincias suæ submisit dicioni. Quibus confectis, exercitu copioso Romanam petentes per dies aliquot ³ obsessam manu valida ceperunt, anno, secundum Eutropium, ab urbe condita CCC. LXIV. Hujus autem Captivitatìs annus, ut vult Eusebius, sic summatur. Anno XVII. regis Persarum Artaxerxis secundi, qui

1. Bartholomi *Ed. pr.* 2. *Antea*, quia. 3. Obcessam *MS.*

Hebraica

Johannis de Fordun

Hebraica lingua dicitur Affuerus, sub quo & Historia Hester conscripta est, qui est annus ætatis quintæ cxcviii. Galli Senones, duce Brennio, Romam invadentes excepto capitolio ceperunt, illudque tenebris nocte cepissent, nisi anser eos impediret. YSIDORUS. Gallorum ascensus in capitolio anseris clangore deprehensus est. Nullum enim animal ita odorem hominis sentit sicut anser. Unde in derisionem Deorum gencium Ambrosius Romam sic alloquitur.

Ysidorus.

Ambrosius. AMBROSIIUS. Merito debes anseribus, ô Roma, quod regnas. ¹ Dii tui dormiebant & anseres vigilabant. Illis potius debes sacrificare quam Jovi. Cedant enim Dii tui anseribus, à quibus se fenciunt esse defensos, ne & ipsi ab hoste capiantur. Igitur capta Roma, dicit Galfridus, ibidem Brennio fratre relicto, Belinus rex ad Britanniam reversus aliquo tempore regnavit. Quo, cum reliquis diebus vitæ suæ collapsas reparasset urbes, & novas ædificasset, defuncto successit ei filius suus Gurgunt Bartruc. Patet igitur ipsum clare post urbem captam regnasse.

Fol. 10.b.

1. Vii tm̄ MS. corrupte, pro Dii tui, ut, cum Cod. Harleyano, edidimus. Dii enim Ed. pr.

Quod

*Quod circa tempus primæ captivitatis Romæ,
non Scoti sed Picti &c.*

CAPITULUM XXIV.

SCIENDUM est, quod in hiis diebus, Romanæ viz. captivitatis, quibus ipsum à Galfrido regnare proponitur, de Pictavia progressi cum sua familia Picti trans fretum Britannicum ratibus Hiberniam adibant, ut ibi sedes à Scotis acciperent, quos ipsi nequaquam admittere volentes ad Albionem, ut infra patebit, transferunt. De quibus, nisi fallor, intelligi possint quæ superius per Galfridum vicio relatoris de Scotis inscripta sunt. Nam ipsis, ut puto, per maria vagis casu rex obvians, ut navigarent ad insulam consuluit. Ex quo popularis inepta loquacitas, de tali forte consilio sublimia glorians, ¹asserere voluit, Hiberniam eis de sui regis dono fuisse datam, de quo rege Gurgunt quendam Historicum quod sequitur scripsisse repperi. Mirandum est, inquit, hujus animositate modesti regis Britonum & prudentis, qui propriæ nationis gentibus in tanta numerositate dotatus, quod remotas valde transmarinas regiones, quas olim invadere Romanis eciam terror inerat, periculosis vel subicere vel inquietare saltem bellis præsumeret, & secundam insulam Hiberniæ quam inclitam, quod hæc ab Historicis multum ²Britaniæ præstare diceretur, incultam dimit-

1. Assere MS, 2. Sic.

teret & vacuam, eamque gentibus extraneis
 1 traderet possidendam. 2 Raro qui regna notis
 præbeant domesticis noscuntur reges, ignotis
 autem extraneis rariores.

Qualiter excusat Cronica dissonancias Historiarum.

CAPITULUM XXV.

ET licet in hiis aliquo modo & forsitan in aliis
 diffenciant Historiæ, non inde mireris :
 3 quoniam in pluribus Historici dissonare viden-
 tur scripturis omni die, sicut habetur exemplum
 in Cronicis regum Persarum. Argem vero, fi-
 lium regis Ochi, Justinus inter reges Persarum
 non numerat, sed statim post Ochum ponit
 Darium; Tertullianus autem hunc Argem vo-
 cat Argum, quem dicit regnare anno uno. Yfi-
 dorus appellat eum Persen, quem dicit regnasse
 annis quatuor: Jeronimus super Danielelem vocat
 Fol. 11. a. eum Arxen, alii appellant eum 4 Arfanium, sicut
 Comestor. Nec eciam ipsius Romæ tocius
 pene mundi triumphatricis conditoribus conso-
 nos habemus Historicos. SALUSTIUS enim
 sicut & Ysidorus urbem à Trojanis ab inicio
 conditam & 5 inhabitatam scripserunt. Alii di-
 cunt ab Evandro rege, secundum quod Virgilius:
Tunc rex Evandrus Romanæ conditor urbis.

1. Tradere MS. 2. L. rari, è Codice Harl. 3. *Ansea*, quia.
 4. *Ansea*, Arfanum. 5. Inhabitam MS.

Alii à Romulo, ut Ennius & Eutropius. Si igitur, ut ait Ysidorus, tantæ civitatis certa ratio non appareat, mirum non est, si in aliorum opinione dubitetur. ¹ Unde nec Historicos, nec Commentatores vel Commentores varia dicentes, ² imperite vel impericiæ condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit ³ errorem, longinquitate sæpe fit temporis, ut originis condicio non pateat.

De profectioe tercia Scotorum ad Hiberniam facta.

CAPITULUM XXVI.

AD insulam præterea supradictam processu ⁴ temporis, ab Hispanensium finibus, ut docent Cronicæ, eciam tercius adveniens accola, Scotici generis, cui nomen Scotice ⁵ Smonbricht, Latine vero Simon Varius vel Lentiginofus, ibique regni fastigium ⁶ arripiens, indigenis habunde novis insulæ populos ampliavit. Eo tempore regnavit, ut asserunt, in Judæa Manassés, filius Ezechiaë. Qui coepit anno quartæ ætatis CCCLXIV. rexit autem annis quinquaginta quinque. Hic pessimus idolatra fuit, & plateas Jerusalem sanguine Prophetarum purpuras fecit. Inter alia quidem sua scelera,

¹. Unde non Hist. *Ed. pr.* ². Imperite vel *omitti malim cum MS. Harl.* ³. *Potius, cum MS. Harl.* errorem. Nam, ut legitur, longinquitate. ⁴. Temporum, ab Hispaniæ iterum fin. *Ed. pr.* ⁵. *Antea, Smonbrecht.* ⁶. Accipiens, *Ed. pr.*

Ifayam quoque avum maternum secundum Hebræos, vel suum affinem, ejectum extra Israëlem, circa piscinam Syloë ferra lignea per medium secari fecit. Qui, dum in principio sectionis angustiaretur, sibi petiit aquam dari ut biberet: & cum nollet ei dare, Dominus à sublimi misit aquam in os ejus, & expiravit, nec tamen carnifices destiterunt à seccione. Ob hanc aquæ missionem, confirmatum est nomen Siloë, quod interpretatur missus. Temporibus itaque Manassæ, Romanorum secundus regnavit Numa Pompilius, qui Romulo successit, & primus leges Romanis dedit. Erat enim idem Simon filius regis Fonduf, qui tunc temporis super Scotorum reliquias Hispania degentes regnavit, qui fuit filius Etheon, filii¹ Glach, filii Noethath Fail, filii Elchata Oltbaim, filii Sirue, filii Dein, filii Demail, filii Rothotha, filii Ogmam, filii² Eugus olim Cotha, filii Fiachach Labrain, filii Emirnai, filii Sinretha, filii Embatha, filii Chiernay, filii Falegis, filii Etheor, filii Jair Olfacha, filii Hermonii, fratris³ Partholom & Hibert. Et hii tres fuerunt filii regis Micelii Espain, cujus supra mencionem fecimus, de quo quidem Smōnbricht, & ejusdem adopcione regni, quoddam, ut sequitur, in Legenda Sancti Congalli reperitur inscriptum.

Fol. 11. b.

1. *Antea*, Glath. *Sed* Glachez in *MS. Harl.* 2. Eugus Elimichatha *MS. Harl.* 3. *Antea*, Bartholom.

*De eodem Simonbrec & Cathedra Regali lapidea,
& ejusdem vaticinio.*

CAPITULUM XXVII.

ERAT autem quidam Scotorum Hispaniæ rex, plures habens filios, unum tamen, cui nomen ² Smõnbret, quamvis natu non major fuerat vel heres, præ ceteris ³ tamen diligebat. Misit igitur ipsum pater ad Hiberniam cum exercitu, donavitque sibi marmoream cathedram, arte vetustissima, diligenti sculptam opifice, qua Scoticæ nationis Hispaniæ reges federe solebant. Unde diligenter in sua regione quasi pro anchora tuebatur. Pergebat autem idem ⁴ Smõnbrec, magna comitatus hominum caterva, prædictam ad insulam, & in ea suo subjecta dominio regnavit annis multis. Lapidem vero præfatum, scil. cathedram, in eminentiori loco regni Themor nomine posuit, qui regia sedes locusque regni superior de cetero ⁵ dictus, quo suæ propaginis ⁶ posteræ reges multis temporibus federe solebant, regiis honoribus insigniti. Attulit secum hanc cathedram Gaythelos, cum aliis ornamentis regalibus, ad Hispaniam, ut aiunt quidam, ex Ægipto. Alii quoque, quod Smonbret in

1. Rex, Milo nomine, plures *MS. Harl.* 2. Smonbracht *Ed. pr.*
3. *Amea*, tum. 4. Smonbrecht *Ed. pr.* 5. Est *addit MS. Harl.*
6. *Malim*, poster, cum *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

mari prope litus ¹ Hibernicum emissas è navi confixit anchoras, & eas iterum, urgente ventorum adverfitate, dum ex undosis omni conatu retrahere fluctibus valide faterat, in formam cathedræ ² decifum ex marmore lapidem de pelagi profundo sublatum, in navi cum anchoris introduxit. Hunc igitur lapidem quasi preciofum munus à Diis oblatum, certum eciam futuri regni præfagium accipiens, & nimio fluctuans in gaudio, suos in tantum veneratus est Deos, ac fi regnum fibi tradiderant penitus cum corona. Accepit ibidem & inde vaticinium à Diis fuis hujusmodi, ficut fcriptis afferitur, quod ubicumque locorum regno feu dominio per adverfariorum de cetero potenciam ab eis invitis delatum reperiant lapidem, pro firmo tenere jufferunt aruspices ibidem fe fuosque poftea regnatos. Unde quidam ex eorum divinacione vaticinando metricè fic ³ prophant, ⁴ fcilicet :

Fol. 12. a.
Versus.

*Ni fallat fatum, Scoti quocumque locatum
Invenient lapidem, regnare tenentur ibidem.*

Et hoc, ficut vulgaris afferit hætenus opinio, verum in fua sæpius primitiva peregrinacione probari. Nam ereptum per hoftes lapidem non folum Hispanienfes regulos, verum eciam & Hibernienfes patriotas, hunc una cum eorum re-

1. Ferunt poft Hibernicum addit MS. Harl. 2. Decifam MS. 3. Sic MS. pro prophantur, ut edidit cl. Galens; nifi malis, cum MS. Harl. profatur. 4. Deefc fcilicet in Ed. pr.

gionibus, secundum assignatum superius vaticinium, & ipsi potenter ab hostibus receperunt. Verum quia de Græcis & Ægipciis populus iste commixtus duxerat originem, ne priorum memoria suorum principum prolixo transcurso temporis ex hominibus forte periret, eorum nomina suis coaptabant nominibus. Græci viz. ex sui principis nomine Gaythelos se Gaythelenses, similiter & Ægipcii de Scota se Scotos protinus vocabant, quo solo nomine postmodum hodieque communiter utraque gens perfrui gratulatur. Unde quidam :

*¹ Scoti de Scota, de Scotis Scocia tota
Nomen habent, vetito Gaythelos ducis adaucto.*

*De primo rege Scotorum inhabitancium
insulas Albionis.*

CAPITULUM XXVIII.

CREVIT autem in terra populus & valde multiplicatus est. Extendit enim à ² mare usque ad mare palmites suos, & Albionis insulas, ut traditur, nullo cultore præhabitatas, propagines ejus. Primus autem eorum dux eas inhabitancium, Echachus Rothay, pronepos supradicti Simonis Brec, interpretacione sui nominis insulæ Rothifay nomen dedit, quo quidem non parvi temporis spacio fruebatur no-

1. A muliere Scota vocatur Scocia tota *MS. Harl.* 2. Mari *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

mine, quousque Salvatoris Nostri ¹ fide per universos orbis terræ fines & insulas quæ procul sunt diffusa, Sanctus Brandanus in ea botham, ydiomate nostro Bothe, *i. e.* cellam construxit. Unde & deinceps & usque tempus nostrum habetur binomia, quod aliquando Rothisay, *i. e.* insula Rothay, sic & aliquando insula de Bothe ab indigenis nuncupatur.

De Pictis adventantibus Yberniam pro sedibus.

CAPITULUM XXIX.

REVOLUTO quidem non paucis tempore, dummodo prospera quiete degebant & pace, populus quidam ignotus ab ² Aquitanniæ finibus emergens, qui Pictus postea dicebatur, suo litori ratibus applicuit, & quod vel per se loco deserto, vel secum in insula passim cohabitare posset, humiliter à majoribus postulavit. Ex propria namque patria se dicebat adversarium valida manu licet immerito nuper expulsus, ac eatenus in mari periculis vexatum fuisse maximis & horrendis procellarum. Nec tamen ut inter eos eadem maneret insula fateri volebant, ymmo sub amicitia suæ pacis & protectione susceptum, ad finem Albionis aquilonalem desertum hæcenus cum quibusdam traditis secum comitibus transmiserunt. Illis igitur inci-

Fol. 12.b.

1. Fides MS. 2. *Antea*, Aquitaniæ.

piensibus ibidem terras incolere, nec secum
suæ nationis mulieres habentibus, dederunt ux-
ores Scoti filias suas, sub pacto sempiterni fœ-
deris & dotis condicito speciali. Pictorum au-
tem accessus ad hanc insulam per varios varie
1 describitur auctores, quorum quidam tradunt,
quod à gentibus, quas secum ex Sithia rex Hum-
ber ad Britanniam conduxerat, cum à Locrino
filio Bruti, propter occisionem sui fratris Alba-
nacti, submersus est fluvio, Picti sumpserunt
originem. Nam sublato gentes rege suo non
recesserunt ab insula, sed in extremis ejusdem
finibus multo tempore causas iudicibus termi-
nabant. ALIA CRONICA. Picti quidem ex-
orti de Sithia fugam Agenoris comitati sunt, & <sup>Alia Cro-
nica.</sup> ipso duce infederunt Aquitanorum nationem.
Huic assercionem nostræ 2 urbs testatur Ageno-
rensis ab Agenore constructa, & Pictavorum pa-
tria, in qua Picti de proprio nomine Pictavem
condiderunt civitatem, hii vero classe postmo-
dum composita petentes Albioniam cum Scotis
hactenus commanere dicuntur.

De hiis quæ Beda de Pictorum adventu conscripsit.

CAPITULUM XXX.

IN Ecclesiasticis autem gentis Anglorum Hi-
storiis, quas venerabilis Beda apud se stilo
fidei composuit, Pictos quoque, non, ut tradit

1. *Artea*, describitur. 2. Urbis *MS.*

Johannis de Fordun

Galfridus, ex donacione Britonum, sed Scotorum, vel eorum exhortacione saltem Albionem prius advenisse docetur, eciam sub eorum protectionis custodia terras ibidem infedisse. *Beda.* Cujus hæc sunt verba quæ sequuntur. *B E D A.* Cum Britones plurimam insulæ partem incipientes ab Austro possedissent, contigit, gentem Pictorum de Sithia, ut perhibent, longis navibus non multis ingressam Oceanum, ¹ circumaugente flatu ventorum, extra fines omnes Britanniaë Hiberniam pervenisse, ejusque septentrionales oras intrasse, atque inventa ibi gente Scotorum, ² sibi quoque in partibus illis fedes petisse, nec impetrare potuisse. Ad hanc insulam ergo usque pervenientes navigio Picti, peccierunt, in ea sibi quoque fedes & habitacionem donari. Respondebant Scoti, ³ quia non ambos eos caperet hæc insula; sed possumus, inquit, salubre vobis dare consilium, ⁴ quid agere valeatis. *Fol. 13. a.* Novimus, insulam esse aliam non procul à nostra, contra solis ortum, quam sæpe lucidioribus diebus de longe aspicere solemus. Hanc adire si vultis, habitabilem vobis facere valeatis, vel si quis vobis restiterit, nobis auxiliariis utimini. Itaque petentes insulam Picti, habitare per septentrionales ejus partes cœperunt: nam ⁵ Austrinas Britones occupaverant. Cumque uxores Picti non habentes, peterent à

1. Circumaugente *MS.* 2. Quoque sibi *MS.* 3. Quod *MS. Harl.*
4. *Antea*, quod. 5. *Antea*, Austrinos Britones occupaverunt.

Scotis,

Scotis, ea solum condicione dare confenserunt, ut, ubi res veniret in dubium, magis de ¹ feminea regum profapia quam de masculina regem sibi eligerent. Quod usque hodie apud Pictos constat esse servatum. Hæc Beda.

Beda.

De causa prima Scotorum aditus ad Albionam insulam.

CAPITULUM XXXI.

SCOTORUM vero filias quas nuptum Picti sumpserunt & cognatas, dum secum ad Ex Cro- propria paulatim mariti conducerent, earum nici. innumeri parentes secuti sunt, patres ² scilicet & matres, fratres eciam & sorores, neptes similiter & nepotes. Sequuntur autem & ceteri plures, quos non solum affectio filialis urgebat vel fororia, sed potius quos telluris ³ Albionicæ, quo ⁴ tendebant, herbosa fertilitas, atque suorum amplissima pecorum pascua penitus provocabant. Utriusque vero sexus tanta sequacis vulgi copia secum armenta deducens cum Pictis mansura per exigui temporis exiit intervallum, quanta non legitur propriam ⁵ relinquisse patriam absque duce. Sed & eorum itaque numerum augebat proscriptorum contraria progressio ⁶ malificorum, quia legis disciplinam ⁷ quisquis subire timefcens, cohabitare Pictis securus adiit,

1. Faminea MS. 2. *Antea*, viz. 3. Albionici MS. Albioni *Cod. Harl.* 4. Tenderant MSS. 5. *Sic* MSS. *Antea*, liquisse. 6. Maleficorum *antea*. 7. Quisque MS. *Harl.* ubi

Johannis de Fordun

ubi deinceps accersitis parvulis ¹ & uxore pacifice remanens, nullatenus de cetero reversus est. Adventum vero tantæ multitudinis interim Picti moleste ferentes, nam timor eorum eos pervaserat, ne quis advena sedem de cetero mansionis usquequaque finibus suis optineat, ex præconio proclamari jubebant; sed & hiis, qui secum prius ad votum manere ² contenderant, occasionem dedere multiplicem recedendi. Nam primo cum intrabant ad insulam, per suorum responsa Deorum, sed potius Dæmonum, quibus antequam operis cujusque quicquam facerent immolantes, intellexerunt futurum esse, quod si non Scotos expugnare satagerent, ab eis penitus delerentur. Idioque videntes eorum inter eos augeri numerum, magis ac magis timere coeperunt, & eos acrius à sua regione propulerunt. Quod autem verum non statim postea, sed post mille annos expertum est, ³ quoniam genus eorum eo tempore cum lingua per eos penitus deletum est.

Fol. 13.b.

De Diis gentium, ymmo verius, gentium Dæmonibus.

CAPITULUM XXXII.

SACRA ⁴ quoque scriptura testatur, quod per Deos gentium, ydola viz. ex ære, ligno, vel lapide manufacta, quæ furda fuerunt &

1. Cum pro & in *MS. Harl.* 2. Convenerant *MS. Harl.* 3. Quia *Ed. pr.* 4. Siquidem pro quoque in *MS. Harl.*

muta,

muta, Dæmones multociens quasi per instrumenta loquebantur, & falsa quandoque, quandoque vera dicentes. Vera quidem vel omnino per bonos Angelos coacti dixerunt, vel ut forcius suos postea multo tempore cultores deciperent, vel fecte vera nunciando sub intencione duplici, sive vigilantibus, sive dormientibus, ut ¹ malificos, qui se vexando per incantaciones à præda pinguiori præpediunt, cicius extinguerent, aut ² dampnum eis in corpore, bonis temporalibus, aut fama, celerius inferre valerent. Sicut ³ fratri quondam Hasdrubalis ⁴ Amilcari contigit, qui postea bello Siciliensi occisus est. Huic ⁵ Amilcari, ut ait Valerius, cum obsideret Syracusas, dictum est per Sompnum à Dæmone, futurum est, ut proxima die in eadem urbe coenaret. Quod & in crastinum fecit, non victor sed captivus. In Elucidario quoque dicitur, quod Dæmones formulas Ydolorum intrare solebant, & populum per responsa seducetes ludificabant. Ex Angelica enim natura Dæmonibus inest plurima sciencia, non tamen omnia sciunt, sed quanto eorum natura est subtilior quam hominum, tanto in omnibus artibus periciores sunt quam ullus hominum: futura nesciunt nisi ⁶ quantum ex transactis colligunt. Hæc ibi. Vel, ut puto, quantum eis per bonos Angelos scire permittitur ex indignis.

1. *Antea*, maleficos. 2. *Antea*, damni. 3. Frater MSS. 4. Awlcari MS. 5. Awlcari MS. 6. Quatenus *antea*.

Johannis de Fordun

Multos enim Deos olim habuere gentiles. Nam apud Græcos, ex quibus & Ægipciis Scotorum propagatur ¹ Sobolis, ² Cicrops, sub quo urbs Atheniensium ex appellacione Minervæ nomen sortita est, primus omnium Jovem appellavit Deum, scil. temperanciæ simulacra reperit, aras statuit, victimas ymmolavit, unde Theodolus :

versus. ³ *Egregio* ⁴ *Cicropi debetur causa litandi,*¹
Ille bovis primo rimatur viscera ferro. ⁵ &c.

Ægipcii quoque colebant Yfidem Deam terræ, sed Serapis omnium deorum Ægypti maximus est. Ipse fuit rex Argivorum Apis, qui postea dictus fuit Serapis. Iste Serapis Ægypti cum Yfide Dea, necnon & Græciæ Jupiter cum Dea Sapienciæ Minerva, quam de Jovis capite natam dicunt, Deos fuisse creduntur Scotorum antiquitus principales. Apud Romanos omnes

Fol. 14. a.

Sol

colebantur : ut ⁶ Apollo Deus divinationis &

Luna

medicinæ; ⁷ Dyana, germana Apollinis, Dea & præses viarum ; Saturnus Deus feminum terræ; Janus Deus principii; Mars Deus belli; Ceres

1. Sic. MS. Soboles, Ed. pr. & Cod. Harl. 2. Antea, Cecrops. 3. Egregie MS. 4. Antea, Cecropi. 5. Deest &c. in Ed. pr. 6 Sol sup. lin. est ab ead manu, quamvis omiserit Ed. pr. Nec quidem absurde sup. lin. quum in Cod. Harl. legatur, ut Sol qui & Appollo Deus. 7. Quin & Luna prætermisit Ed. pr. quamvis & illud etiam ab ead. videatur fuisse manu, utcunque atramentum sit paullo pallidius. Certe in MS. Harl. habemus, medicinæ; Luna, quæ & Deana, germana &c.

Dea

Dea frugum ; Vulcanus Deus ignis ; Neptunus Deus aquæ ; Juno soror Jovis, Dea januarum mulierum ; Venus uxor Vulcani, Dea generationis ; Cupido filius Veneris, Deus ¹ amoris ; Genius, Deus genitalium, habens vim rerum omnium gignendarum.

De eisdem & earum in talibus stulticia.

CAPITULUM XXXIII.

GENTILES autem, ut in Epistola Bragmannorum ad Alexandrum, Deorum unicuique membra sui corporis regenda distribuunt, cuilibet membro Deum statuentes. Affirmant enim, Minervam, pro eo quod fuit inventrix multarum arcium, natam de capite Jovis, & tenere sapienciam. Proinde dicunt, eam tenere capitis summitatem. Junonem, pro eo quod fuit iracunda, dicunt esse Deam cordis. Martem, pro eo quod fuit præses Bellorum, dicunt esse Deum pectoris. Mercurium, pro eo quod multum loquebatur, dicunt esse Deum leporis & linguæ. Bacum, quia fuit egregius potator & ebriofus, dicunt esse Deum gutturis. Herculem, pro eo quod XII. mirabiles fecit virtutes, dicunt esse Deum brachiorum. Cupidinem, eo quod fuit fornicator, dicunt in manu tenere favillam ardentem, cum qua accendit libidinem, proinde dicunt illum esse Deum je-

1. *Antea,* Amorum.

coris, ubi habitat maxima pars ignis corporis.
¹ Cererem, pro eo quod fuit inventrix frumenti, dicunt esse Deam ventris. Venerem, pro eo quod fuit maxime luxuriosa, dicunt esse Deam membrorum genitalium. Sed & in Deorum laudibus accesserunt Poëtæ secundum Ysidorum, & compositis carminibus in coelum eos in stellis mutatos sustulerunt; proinde ² autem ex hiis septem Planetis vel Stellis nomina dierum dederunt, dicentes, se habere ab Appolline spiritum, à Diana corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium & leporem, à Jove temperanciam, à Venere voluptatem, & humorem à Saturno. Talis quippe gentilium extitit stulticia, quod tales esse Deos credunt, quales propter suam turpitudinem digni non sunt homines appellari. Bel autem ydolum Babiloniæ fuit omnium ydolorum occasio, sicut dicitur, & primum. Fuit enim hic Bel pater Nini regis Affyriorum, quem quidam Saturnum ³ appellant. Quod Bel primum apud Affyrios & Afros postea cultum est, & apud alios plures, sed à diversis diversimode nominatum, ut Bel, Baal, Belyal, Belzebub, & Belphegor.

1. Sererem *MSS.* 2. *Deest* autem in *MS. Harl.* 3. Appellant, quidam Bel. Primum apud *Ed. pr.*

De primo rege Scotorum regnante in Albione.

CAPITULUM XXXIV.

PRÆTEREA dum Picti Scotos advenas hujusmodi dampnis affligerent & angustis, Fol. 14.b. nunciatum est clamculo gentis suæ majoribus, quali quantaque per eos degebant ærumpna. Sed & interim accedentes quidam, qui tam amplæ tantæque foecunditatis amoenitatem regionis eciam sibi prodiderant, in qua volatilia tantum & feræ silvestres inerant & bestiae, redigenda¹ sicquidem faciliter in culturam. Hæc igitur ut audivit nobilis quidam & immodicæ probitatis juvenis Fergus filius Ferehad, five Ferehardi, ex antiquorum profapia regum progenitus, quod scil.² acephala gens suæ nacionis absque rectore per Albionis vastas vagando solitudines, à Pictis ejecta degebat, cordis ob iram candescere cœpit. Insuper & illius commendacione regionis, qua forsan regnare tenderat, multum allectus est; quam qui vidissent uberrimam prædicabant, præter quod operiebatur eo tempore condensis valde nemoribus omnis humus, unde certum nobis & hæcenus hujusmodi patet indicium, cum in locis contigerit & sæpe planissimis, quibus terra fortassis effossa fuerit, seu cavata, subterraneæ radices arborum ingentes & trunci³ reperiuntur,

1. Ita MS. Siquidem Cod. Harl. & Ed. pr. 2. Acephela MS.
3. Immanes mox post reperiuntur addit MS. Harl.

ymmo quo nusquam antea silvas crevisse diceres ullo signo. Hiis ¹ igitur exhortacionibus & ambitione regnandi stimulatus, magnam sibi juvenum copiam accumulans, ad Albionem continuo progressus est, ubi segregatos è medio Pictorum Scotos accolas, una cum hiis quos secum ² attulerit, in ³ occidentalibus insulæ locando finibus, ibidem super eos Regem primum se constituit.

*Quod à gentibus Scotorum & Pictorum
partes Albionis &c.*

CAPITULUM XXXV.

DUABUS autem hiis gentibus diversæ nationis vetustæ docent Historiæ possessam primo fuisse Scociam, & earum ingressus inibi, nullo vel ⁴ paucio saltem interveniente temporis spacio, cum tamen ante Pictos quidam volunt regnare Scotos multis annis. Sed in hoc eciam, etsi pariter insulam fuissent ingressi, nequaquam ideo dissonant Historiæ, quia regnantibus continue regibus in Scotos à suo principio, ⁵ ducentorum viz. ad minus annorum decursu, Picti non Regibus sed judicibus usi sunt, & quoadusque Clementis unius judicum filius, nomine Cruchne, regia violenter arri-

1. *Antea*, ergo. 2. Attulerat *antea*. 3. Occidentis *MSS.*
4. *F.* paullo. 5. Ducentorum quinquaginta & quindecim annorum & trium mensium decursu *MS. Harl.*

piens insignia, regnabat insuper in hac gente. Et videtur¹ Bartholomæum, decimoquinto libro de proprietatibus rerum, velle conjunctos ab inicio cum Pictis fore Scotos, & pariter intrasse Galliam Narbonensem.² BARTHOLOMÆUS. Fol. 15. a. Bartholomæus. Pictavia Galliæ Narbonensis est provincia, quam Picti & Scoti navigio impetentes antiquitus inhabitaverunt, & tandem regioni & genti de sua antiqua profapia nomen in posterum reliquerunt. Hii de Britannicis finibus classem facientes oras Oceani circuiunt, & ³ fines Aquitanici tandem invaserunt. Deinde non sine bellorum discrimine contra incolas locum in patria optinentes, Pictavum opidum à Pictis nominatum construunt, & longa patriæ confinia Pictaviam de cetero vocaverunt. Huic vero nulla favet quam legebam Historia. ⁴ POLICRATICON. Policraticon. Avis Pica vel Picta Pictavorum urbi nomen contulit, levitatem gentis & colore & voce præfigurans. Pictorum populos volunt quidam, vel à venustatis forma, vel eleganti statura corporis vocari Pictos, vel à picturatis vestibus, quasi præ ceteris circumfritis⁵ gentibus quadam varietate splendidioris amictus & novitate depictos, vel eos forte quia vilissimos habitu ceteræ gentes derisorie Pictos per antiphrasim vocaverunt.

Explicit Primus Liber.

1. Bartholomæus *antea*. 2. *Antea*, Bartholus. 3. Sinus *MS. Harl.* 4. Polumanticus *Ed. pr.* 5. *Deest* gentibus in *Ed. pr.*

Johannis de Fordun

Incipiunt tituli Capitulorum secundi Libri.

- De situ, longitudine, latitudine, mutacioneque nominis hujus Albionis insulæ in Britanniam & Scociam. CAPITULUM I.
- De scriptis Galfridi diversis affirmantibus, Britanniam esse divisam à Scocia. CAP. II.
- De scriptis Willelmi Malmesberiensis & Bedæ venerabilis hoc idem affirmantibus. CAP. III.
- De scriptis eciam eorundem è converso contrarium affirmantibus, & quod à scribis æmulis Historiæ sæpius everfæ falsificantur. CAP. IV.
- Sub quo Bruto prius Britones ad Albionem insulam accefferunt. CAP. V.
- De divisione trium regnorum Britonum inter filios Bruti. CAP. VI.
- De Scocia qualis & quanta sit vel dudum fuerit. CAP. VII.
- De Scociæ regionibus ymis & summis, & de contentis in eisdem. CAP. VIII.
- De divisione gencium Scociæ & linguarum, ac diversis moribus earundem. CAP. IX.
- De insulis Scociæ divisis ab Orcadibus Insulis. CAP. X.
- De Insulis Orcadibus. CAP. XI.
- De tempore quo ¹ Fergusius filius Ferechardi, rex Scotorum primus, in Scocia regnare cœpit, & armis ejus bellicis. CAP. XII.
- Fol. 15.b. De rege Recher ejus abnepote, quem Beda Rendam vocat. CAP. XIII.
- De legatis à Julio Cæsare missis ad reges Scotorum & Pictorum, ut Romanis obedirent hortando. CAP. XIV.
- De responsis eorundem regum ² literatorie Julio remissis. CAP. XV.

1. *Antea*, Ferguser. 2. *Antea*, transitorie.

- De repentino Julii redditu, propter Francorum five Gallorum iteratam rebellionem sedandam, & de signo lapideo, meta scil. ultima Romanæ possessionis sub ¹ circino. CAP. XVI.
- De primo Julii Cæsaris Imperio, qualiterque vi Romanam arripuit potestatem. CAP. XVII.
- ² Quod, ex necessitate, Romanorum tempora Principum scribenda sunt in hac Cronica, & de quatuor mundi Monarchiis. CAP. XVIII.
- De morte Julii Cæsaris, & mirabili vindicta suis proditoribus, ut spero, divinitus illata. CAP. XIX.
- De tempore successionis Imperatoris ³ Octoviani nepotis Julii Cæsaris, & de visione sibi divinitus revelata. CAP. XX.
- De Conceptione Nativitateque Domini Nostri Ihesu Christi. CAP. XXI.
- De diversis accidentibus post Incarnationem, & successione Thiberii. CAP. XXII.
- De Passione & Resurrectione Christi, & diversis accidentibus. CAP. XXIII.
- De successione Claudii Cæsaris, & ejus bello Britannis illato, & successione Neronis. CAP. XXIV.
- ⁴ Quod anno Claudii duodecimo, bellum primo Britannicum adversus Scotos initium sumpsit. CAP. XXV.
- De bellorum sævicia Scotorum & Pictorum contra Britones, & ab eis primo conquestu regionum Albanæ trans fretum ⁵ Scoticum. CAP. XXVI.
- De Moraviensibus à natali solo Moravia per Romanos expulsis, qui se Pictis postmodum conjunxerunt. CAP. XXVII.

1. *Antea*, circulo. 2. *Antea*, quomodo. 3. *Antea*, Octaviani.
4. *Antea*, quomodo. 5. *Antea*, Scotorum.

Johannis de Fordun

De signo quod Marius, ¹ Romanarum legionum dux, ob belli memoriam fieri fecit, & Imperatorum successione. CAP. XXVIII.

De hiis quæ de ² Romanæ potestatis ascensu & descensu scripserunt Orosius & Augustinus, & imperatorum successione. CAP. XXIX.

De successione diversorum Imperatorum. CAP. XXX.

De ³ confœderacione Fulgencii, ducis Britonum Albanensis, cum Scotis & Pictis. CAP. XXXI.

⁴ Quod imperator Severus, ad excludendum Scotos & Pictos ab invasione Britonum, murum fieri fecit transversus insulam. CAP. XXXII.

⁵ Quod Fulgencius, Scotorum fultus & Pictorum præsidio, civitatem obsidens Eboracum, Severum occidit imperatorem. CAP. XXXIII.

De hoc quod Beda scripsit de dicto muro civitatis, ⁶ etiam obsidione ⁷ & morte Severi. CAP. XXXIV.

Fol. 16. a. De Sancto Victore Papa primo, sub quo Scoti suscipere fidem cœperunt Catholicam. CAP. XXXV.

De ignobili successione multorum Imperatorum. CAP. XXXVI.

De primo motu diffencionis inter Scotos & Pictos, tempore Diocleciani, vel ante paulo exortæ. CAP. XXXVII.

De convencione Carausii facta cum Scotis, & Pictis, & Romanorum ejectione prima de Britannia. CAP. XXXVIII.

De ratificacione convencionis ejusdem, & foedere per Carausium inter insulanos Scotos, Britones, & Pictos inuito, imperpetuum duraturo. CAP. XXXIX.

1. Romanorum MS. 2. Romano MS. 3. Consideracione MS.
4. *Annea*, quomodo. 5. *Annea*, quomodo. 6. Et Eboraci obsidione MS. Harl. 7. *Annea*, seu pro &.

De prodicioſa morte Carauſii per Adlectum militem, & ejus ad inſulanos exhortacione, ſeu doctrina, quomodo de Romanis, vel quibuſcunque ceteris aduerſantibus tranſmarinis, ſemper ſe defenderent. CAP. XL.

De ſucceſſione Galerii & Conſtancii Imperatorum, & bello ¹ Conſtancii contra Scotos & Britones Albanenſes. CAP. XLI.

De ſucceſſione magni Conſtantini Imperatoris, & ejuſdem avunculo ² Thraherii per Scotos & Britones occiſo. CAP. XLII.

³ Quod Octavius rex Britonum tripharias inſulæ gentes, videlicet, Scotos, Britones, & Pictos, ad unitatem pacis reduxit, ut olim Carauſius, & de ſucceſſione filiorum Conſtantini. CAP. XLIII.

⁴ Quod Conanus nepos Octavii Scotos & Pictos bello duxerat contra tyrannum Maximum, Conſtantini magni conſanguineum, qui Maximus poſtmodum ſimulata pace Pictos à Scotis callide ⁵ ſeparavit. CAP. XLIV.

⁶ Quod Britones cum Pictis, duce Maximo, Scotos à regno dejecerunt. CAP. XLV.

De tranſlacione reliquiarum beati Andreæ Apoſtoli per ⁷ Conſtancium Imperatorem de civitate Patras ad Conſtantinopolim. CAP. XLVI.

⁸ Quod Angelus Domini beatum Abbatem Regulum cum ſociis mandaverat, ut, accepta parte reliquiarum, Boreales adire mundi partes non tardaret. CAP. XLVII.

Quomodo beatus Regulus focique ſui cum reliquiis

1. *Anſea*, conſtanter pro Conſtancii. 2. *L.* Thraherio. 3. *Anſea*, quomodo. 4. *Anſea*, quomodo. 5. *Anſea*, ſeparaverat. 6. *Anſea*, quomodo. 7. *Anſea*, Conſtantinum. 8. *Anſea*, quomodo.

naufragi primo Scociam advenerunt, tempore regis
Pictorum Hurgust. CAP. XLVIII.

¹ Quod Maximus postquam Scotos separatos à Pictis
bello contriverat, & ipsos eciam subegit, & de suc-
cessione Imperatorum. CAP. XLIX.

De præsumptione ² Maximi contra Romanum Impe-
rium, & ejus interitu. Ac de Conano, cui regnum
tradidit Armoricum, quod de cetero Minor Britannia
vocatam est, & Imperatorum successione. CAP. L.

De Christianissimis actibus ³ Imperatoris Theodosii
Senioris, & ejusdem uxoris Placellæ. CAP. LI.

⁴ Quod, mortuo tyranno Maximo, Scoti regnum
suum recipere cœperunt, & de successione Impe-
ratorum. CAP. LII.

Expliciunt tituli Capitulorum Libri secundi.

Incipiunt Capitula Libri secundi.

Fol. 16. b. *De situ, longitudine, & latitudine, mutacioneque
nominis &c.*

CAPITULUM I.

TOCIUS namque peregrinationis Sco-
torum ambitu, de gente viz. in gen-
tem, de ⁵ regno siquidem ad regnum
alterum utcunque transcurso, cum eo-
rum tandem modernæ fedis in Dei nomine per-
veniat ad patriam, cui nomen secundum scri-
bas Albion erat antiquitus; de sui nominis va-

1. *Antea*, quomodo. 2. Maxime *MS.* 3. *Antea*, Imperatorum.
4. *Antea*, quomodo. 5. *Antea*, regno ad regnum siquidem alterum.
ria

ria mutacione, propter novæ nacionis adventum ipsam crebro superantis, ac de hoc situ regnorum ¹ ejus marginibus, procedat ulterius sermo brevis. Albion enim Oceani quædam est insula, ² situm habens in Europa, sub Circio, quæ per longum à Meridie primo tendens versus Aquilonem, deinde curvam quasi formam assumens quodammodo vergit in Vulturnum. Australes quidem ejus & mediæ regiones Hyberniam habent Insulam ab Occidente, Boreales vero contra Polum ³ Arcticum, Oceano patent infinito. Habet eciam Islandiam à Borea, sic ⁴ & Vulturno Norguegiam. Ab Oriente Daciam. Ab Euro Germaniam vel Almanniam. A Notho quidem Hollandiam & Flandriam. Ab Austro siquidem & Affrico Galliam, cum suis provinciis; ac Hispaniam à Zephiro, quibus Oceani maris undique nunc ⁵ majori jacet intervallo, nunc minori ⁶ circumsepta. Longitudinis quoque passuum esse traditur octingentorum milium, seu paulo minus. Transverso vero Latitudinis quibusdam locis amplissimis ducentorum, quibusdam aliis multo strictior. Nam in sui pene medio ⁷ miliaria tantum sexaginta quatuor ab Oceano tenet ad Oceanum, ubi magnis est adeo perfusa fluminibus, quod, præter asperos terræ meabilis amfractus, spacio milium

1. Ejus & marginibus *MS. Harl.* 2. Situs hujus in Europa, *Ed. pr.* 3. Arcticum *MS.* 4. A Vulturno *MS. Harl.* 5. *Antea,* majore. 6. Circumcepta *MS.* 7. Meliaria *MS.*

viginti duorum passuum, intersitis nemoribus, arbuftis, ac paludibus, eorum ferme capita contrahuntur. Unde fit, quod ex hujusmodi magnorum hinc inde fluminum influencia, quamvis adinvicem non plene contingant, eam in duabus quasi divisam insulis nonnulli scripserunt Historici, sicut per hæc, quæ sequuntur, scripta clarius apparebit. Hæc igitur Albion insula post Gigantes, ¹ obmisso nomine primo, duobus consequenter nominibus, secundum has duas divisiones, Britannia ² scilicet & Scocia, fruebatur. Primi quidem ejus accolæ partis Australis fuerunt Britones, à quibus, ³ quoniam per eos suæ primo cultæ fuerant regiones, vocabulum habuerunt Britanniam. Aquilonalis itaque partis regiones advenas primos habebant Pictos & Scotos, quibus similiter à Scotis postmodum Scocia nomen inditum est.

De scriptis Galfridi diversis affirmantibus &c.

CAPITULUM II.

HÆC autem istorum divisio primitiva regnorum & antiqua scriptis multorum roboratur. *Galfridus.* GALFRIDUS MONUMETENSIS, peculiaris Britonum Historicus, in sua Cronica sic inscripsit: Rex Britonum Leyl, dum prosperitate regni usus est, urbem in Aquilonali parte Britannia, de suo nomine Kareleyl vocatam,

1. Abmisso MS. *Harl.* 2. *Antea*, viz. 3. *Antea*, quia. ædifi-

ædificavit. Urbs autem illa Karleyl, in parte
revera Boreali Britanniaë constat, sed in Albio-
nis Boreali nequaquam, quia sui pene medio
situatur. IDEM GALFRIDUS. Belinus Rex,
ambiguum legi suæ auferre volens, jussit viam
ex cæmento lapidibusque fabricari, quæ Infulam
in longitudinem secaret. Quæ quidem strata
via sive fossa non amplius, in rei veritate, quam
ad maris Scotici litus protenditur; nam ejus
vestigium patet hætenus, nec ab intuencium
delebitur visibus in futurum. IDEM GALFRI-
DUS. Severus partem illam Britanniaë, quam
subjugare nequivit, diris debellacionibus in
¹ Scotia trans Albaniam fugavit. IDEM GAL-
FRIDUS. Timentes autem Aurelium Saxones
sefe trans Humbrum in Albaniam receperunt;
vicinitas enim Scociæ tutelam eis adhibuit, qui
in omne dampnum civium Britanniaë confueve-
rant imminere. IDEM GALFRIDUS. Hiis
igitur à Cadwallone regibus interfectis successit
Oswaldus in regnum Northumbrorum, quem
Cadwallo post ceteros inquietatum in provin-
ciam usque ad murum, quem Severus Impera-
tor olim inter Britanniam & Scociam constru-
xerat, fugavit. IDEM in libri sui prohemio Britan-
niam de suis fluminibus commendans ait: Porro
Britannia piscosis fluviis est irrigua; nam absque
meridiano plagæ freto, quo navigatur ad Gal-
lias, tria nobilia flumina, Thamenfem, Sabri-

1. Scociam *MS. Harl.*

num, & Humbrum, velud tria Brachia, extendit, quibus transmarina commercia ex diversis nacionibus eidem deferuntur. ¹ Quod igitur? ² nonne plura sunt in Albione famosa flumina? Verum, si totam Albionem Britanniam diceret, flumina Scociæ, quæ multo supradictis ampliora sunt fluviis, piscosiora, meliora, necnon utilitatibus cunctis foecundiora, silendo minime tacuisset; ³ sicut flumen de Forth, quod & australe dicitur fretum vel mare Scoticum; flumen Esk, quod dicitur Scotifwath, sive Sulwath. Flumen itaque de Clyde. Flumen etiam de Tay. Et flumen Borealis freti ⁴ sive Crombathy, quod, propter suæ firmitatis excellenciam, à nautis ⁵ Zikirfount nomen habet. Et præter hæc alia plura, quæ fluminibus Britanniaë superius dictis conchelinis sunt & marinis piscibus, etiam aquæ dulcis, utiliora nautis; itaque procellis Oceano periclitantibus incomparabili refugio tuciora.

De scriptis Willelmi Malmesberiensis & Bedæ venerabilis hoc idem affirmantibus.

CAPITULUM III.

Fol. 17 b.
*Willelmus
Malmes-
beriensis.*

WILLELMUS itaque MALMESBERIENSIS, verus Anglorum, ut aiunt, & insuspectus Historicus, non omnem Albionem

1. L. quid, cum MS. Harl. 2. Nomine pro nonne in Ed. pr. in qua neque hæc interrogatorie proferuntur. 3. Sicut & flumen MS. Harl. 4. Deest sive in Ed. pr. in qua & Cronibathy legitur. 5. Anca, Zikirforant.

dici velit Britanniam, ymmo territoria tantummodo Britonum, Britanniam, quasi Britonum terram, five quas ipsi regiones regnando coluerunt eciam per se velud insulam à Scotia divisam, suas tradit aperte per scripturas. *WIL-* *Willelmus.*
LELMUS. Saxones navigio gentes Orcadum cum Scotis & Pictis pari ærumpna involventes, in Aquilonali parte insulæ, quæ nunc Northumbria dicitur, & tunc & deinceps infedere; ultima pars insulæ Britanniae versus Boream est Northumbria ¹ &c. *IDEM WILLELMUS.* Vir venerabilis Beda, quem mirari facilius quam digne prædicare possis, in remotissima Britanniae plaga, territorio ² scilicet Monasterii quod est apud Weremuth, locum nativitatis & educationis habet Scociæ propinquum; igitur remotissima & est. ³ Sanctus Cuthbertus, ut in ejus habetur historia, lecto vigilanti Alfredo regi apparuit dicens, ⁴ misericordiam de cetero diligas & judicium, ⁵ quoniam me impetrante tocuis imperium Britanniae tibi conceditur: nec multo post imperium, quod Sanctus prædixerat, optinuit. Sed quale postea rex imperium optinuit, ⁶ idem Willelmus ⁷ describens ait, Alfredus totam Angliam, præter id quod Dani habebant, animo suo subdiderat. *BEDA.* Exinde coepe- *Beda.*
runt per plures dies de Scotorum regione ve-

1. *Deest* &c. in *Ed. pr.* 2. *Antea*, viz. 3. Sanctus insuper Cuthbertus *MS. Harl.* 4. Justitiam *Ed. pr.* 5. *Antea*, quia. 6. Willelmus idem *Ed. pr.* 7. *Antea*, describens.

Johannis de Fordun

nire Britanniam, & Anglis verbum dei prædicare. IDEM BEDA. Interea Colmannus Episcopus, qui de Scocia erat, relinquens Britanniam ad Scociam reversus est. Deinde secessit ad insulam non procul ab Hybernia secretam. IDEM BEDA. Occisus est autem Sanctus Oswaldus juxta murum, quo¹ Romani, ob arcendos Barbarorum impetus, totam à mari ad mare præcinxerunt Britanniam. THOLOMÆUS. Scocia regnum promontorium est, montibus & maris brachiis à Britannia separata, mores habet & linguam modumque vivendi ab Anglicis omnino distinctum: ² regio quidem Hiberniæ per omnia conformis. BARTHOLOMÆUS. Anglorum progenies Britanniam insulam possidet. IDEM. Britannia, quæ nunc dicitur Anglia, est insula contra prospectum Galliæ, &c. IDEM. A Bruto dicitur Britannia, sed tandem ab Anglicis ipsam optinentibus vocata est Anglia.

*Tholomeus.**Bartholomeus.*

De scriptis eorundem contrarium affirmantibus.

CAPITULUM IV.

HÆC autem & alia siquidem innumera scriptis eorundem reperta, Scociam astruunt à principio separatam à Britannia, licet è contrario quibusdam eorum scriptis omnis Albion vocari Britannia dinoscatur. Unde primo BEDA. Britannia Oceani est insula,

Fol. 18. a.

1. *Antea*, Romam. 2. *Regioni MS. Harl.*

cui quondam Albion nomen fuit, per milia passuum octingentorum longa. Et hæc revera totius est Albionis longitudo. IDEM BEDA. Denique duabus gentibus transmarinis¹ vehementer sævis, Scotorum à Circio, Pictorum ab Aquilone, Britannia multos genuit per annos. Transmarinas dicimus has gentes, non quod extra Britanniam essent positæ, sed quia à parte Britonum erant remotæ. GALFRIDUS. *Galfridus.* Britannia quidem insularum optima, in Occidentis Oceano sita, miliaria tenet in longitudine octingenta. IDEM GALFRIDUS. Albanactus filius Bruti possedit patriam, quæ nostris temporibus Scotia vocatur, cui nomen ex nomine suo dedit Albaniam. AUTOR. *Autor.* Nuncquid hæc omnino differre videntur à præcedentibus? ymmo differunt: sed neque super hiis vel illis fixum Historiæ sermonem retinent; ² quoniam & eisdem varia variis contraria sæpius intermiscuntur etiam, ut eodem quandoque capitulo quædam insunt sibimet clausulæ dissonantes. Et licet hujusmodi sane crebra discrepacio reperta sit Cronicis, ipsarum peritis, ymmo sanctis, nullatenus est auctoribus imputanda, qui caute suis originalibus immobili stilo consonas quippe veritati scripserunt Historias. Sed scribis potius æmulæ nationis, quorum invidia quædam omnino Cronicæ, ne regnorum confinium vigeat autoritas, evertuntur, pejorantur, & vio-

1. Vehementissimis, Scotorum *Ed. pr.* 2. *Antea,* quin & lantur,

lantur, ac indiscrete sæpius adeo mutantur, ut unius videatur assertio capituli sensum alterius adnullare. Verum quicquid hujusmodi variæ definitionis finium Britannia scriptorum vicio¹ reperiatur Historiis, vulgaris opinio moderni temporis omnem Albionem à Bruto, qui præter Australes ejus regiones cultura² redegerat, dici velit Britanniam, velud ab³ Agenoris filia dudum Europa mundi pars tertia nomen accepit æternum, licet illius⁴ exiguæ partis Dominium prima tunc temporis excoluerit.

Sub quo Bruto Britones prius ad Albionem —

CAPITULUM V.

IGITUR primo Scotorum illic introitu superius utcumque digesto, restat jam, ut Britonum accessus ibidem secundum diversas Historicorum traditiones sub compendio declaretur. Incoluerunt ergo Britones Albionem insulam prius sub duce quodam Bruto; sed quis fuerit ille Brutus, cujusve sit generis⁵ non omnes consentiunt Historici. Nam quidam à Bruto duce Trojani generis suisque sequacibus Britanniam esse vocatam volunt & populatam, sicut à Galfrido sibi que faventibus traditum est. Eciam à Bruto quodam Isichyonis filio primogeniti ducis Alanii quidam Britones asserunt

1. *Antea*, reperiantur. 2. Redigerat *MS.* 3. Agenoris *MS.*
4. *Antea*, exigua parte. 5. *Deest non in MS.*

nuncupatos. Erat enim Alanius de genere Japhet, qui primus mare mediterraneum transiens cum tribus filiis, Isichyon, Armenon, & Negno, Fol. 18.b. pervenit ad Europam, à quibus exortæ sunt, ut dicitur, gentes quatuor, viz. Latini, Franci, Alemanni & Britanni. Quidam itaque Britones ab eorum condicione silvestri, Latine Britones, quasi brutos homines, sicut à ferocitate Francos, denominari volunt, quibus & favet Yfidorus. Nonnulli siquidem ingenio veterum derogantes à Bruto consule Romano vocabulum dedere Britonibus. Nos verumtamen, obmissis ceteris minus notis affercionibus, nocioris nobis paginæ scriptis fidem adhibentes, & in hoc sectantes Galfridi Cronicam, ab ipso Bruto, qui fuit filius Silvii, filii Ascanii, filii Æneæ, de Troja profugi, cujus pater Anchises filius Troii, filii Dardani, congruum de Britonibus nostræ sumamus inicium relacionis.

De divisione trium Regnorum Britonum inter filios Bruti.

CAPITULUM VI.

IDEM vero ² filius, patre vivente, de nobili ³ femina, nepte viz. Laviniaë Reginaë, genuit Brutum, ⁴ quia, sicut per hunc patet ver-

1. Dicens *post* Yfidorus *addit* MS. Harl. 2. Silvius *pro* filius in MS. Harl. 3. Familia *pro* femina in Ed. pr. 4. *Malim*, qui, *cum* MS. Harl.

Johannis de Fordun

sum, natus est ab origine mundi,
Mille quater Deca ¹ *tres fit Adam Bruto prior annis:*
 Hoc est, octingentesimo XLVIII. terciæ ætatis
 anno. Ex Italia quidem exivit Juvenis anno-
 rum quindecim, & in Albionis regnare coepit
 provinciis Australibus, annorum ætatis triginta
 quinque. Genuit ² igitur idem Brutus ex ³ uxore,
 filia Pandrasi regis Græcorum, tres filios, quibus
 imposita sunt hæc nomina, Locrinus, Albana-
 ctus & Camber. Qui, postquam viginti quatuor
 annis regnaverat, mortuus est, & sepultus à
 filiis in urbe Londoniensi. Post cujus obitum
 filii Regnum ⁴ patris, quod ab eo fuisse Brito-
 nibus est dicta Britannia, divisum in tribus inter
 se Regnis partiti sunt, limites cuilibet & voca-
 bula de suis nominibus imponentes, Locria vero
 Locrini Regnum, ad Meridianam Insulæ pla-
 gam, ⁵ Totonense scil. litus, incipiens, ad Hum-
 bri flumen versus Boream, & ad ampnem de
 Tharent finem habet. Cambria deinde, fratris
 quoque Junioris Cambri regio, connexa Locriæ
 regno, jacet non ad Australem ejus finem, ut
 quidam ⁶ autimant, neque Borealem, sed ad
 ipsius latus occiduum, ab eo montibus marique
 Sabrino divisa, quasi collateralis ei versus Hy-
 berniam ex opposito. Albania siquidem regnum
 Albanacti, tercia regio regni Britonum, ad idem
 Humbri flumen & gurgitem ampnis de Tharent

1. Tris *MS. Harl.* 2. Insuper *pro* igitur in *MS. Harl.* 3. Uxor
 Ed. pr. 4. *Antea*, prius *pro* patris. 5. *Antea*, Cotonense. 6. *Sic*.
 habens

habens initium, in fine Boreali Britannia, sicut superius est expressum, terminatur. Hujus autem Albania regionis provincias, quaecunque Fol. 19.a. fuerint, quae sunt inter Humbrum & mare Scoticum, olim Britones dominio tantum, & nichil unquam possessionis¹ amplius in Albione versus Boream, habuerunt. Hiis ex introitu Britonum ad hanc insulam, & ambiguitate divisionis finium regnorum ejus ita peractis, modo superest, ut Scotorum regio Scotia, quam modernis Albaniam dici placeat, qualis & quanta sit, seu dudum fuerit, propaletur.

De Scotia qualis & quanta sit, vel dudum fuerit.

CAPITULUM VII.

SCOTIA quidem à Scotorum gentibus, quibus incolitur, appellatur. Ad fretum quoque Scoticum Scotia prius initium sumpsit, ab Austro deinde quidem ad Humbri flumen, à quo cepit exordium Albania. Postmodum vero juxta murum incepit Thirlwal, quem Severus extruxerat ad ampnem Tynam. Modo quidem ad ampnem² Tweden incipit, à finibus Angliae Borealibus, & in longum per³ quadringenta vel paulo minus miliaria versus aëstivum protensa Circium, & in freto Perthtlandia, quo formidabilis & dira Caribdis aquas bibit & vomit

1. *Deest* amplius in *Ed. pr.* 2. Twedam *MS. Harl.* 3. XL^a. *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

omnibus horis, terminatur. Terra quoque fortis, & progressus difficilis ac laboriosus. Est namque regio quodammodo promontoria, quodammodo depressa sive plana. Nam à fine per medium ejus usque finem, ut Alpes altissimi per Europam, sic montes protenduntur excelsi, qui Scotos dudum à Pictis, & eorum ab invicem regna separabant. Inpertransibilis quidem equitibus, nisi perpaucis in locis, & tamen propter in eis continuas nives, excepto solum æstatis tempore, perdurantes, ¹ tum propter altissimarum præruptos rupium scopulos, ² tum propter eorum medio concavitates profundas, peditibus extant vix meabiles. Quorum vero moncium circa radices nemora sunt ingencia, cervis, damulis, aliisque feris silvestribus diversi generis, & bestiis referta, quæ contra prædationes hostium pecudibus incolarum firmas multociens & tutas ³ adhibeant municiones. Habent autem, ut aiunt, illarum armenta parcium ex usu consuetudinem, ut quandocunque virorum clamores audiant vel mulierum, ac si confestim ⁴ minentur canibus, currendo gregatim silvas petunt. Fontes autem ex declivis moncium jugis & collibus ⁵ quamplurimum prorumpentes ebulliunt: & inter ripas ad yma florigeras quam dulci sonitu rivulis scaturiunt cri-

1. Tamen *Ed. pr.* 2. Tamen *Ed. pr.* 3. Adhibent *MS. Harl.*
4. *Antea*, rimarentur. 5. Nonnulli *pro* quamplurimum in *MS. Harl.*

stallinis :

stallinis: ex ipsis vero per vallium planities
condescendentibus ampnes multi nascuntur, ac Fol. 19.b.
eciam ex illis magna flumina, quibus Scocia mi-
rifice præ ceteris habundat, quorum in hostiis
quo maria repetunt, portus habet nobiles &
securos.

*De Scocia Regionibus ymis & summis, &
contentis in eisdem.*

CAPITULUM VIII.

REGIONES quoque maritimas satis pla-
nas & uberes habet, virides campos ¹ ha-
bentes ac agros fertiles & frugiferos, frumen-
tarios & ordeaceos, fabis, pis, ac ceteris qui-
busque frugibus aptos; vini tamen expertes &
olei, sed mellis & ceræ nequaquam. Sed & in
summis & secus montana provinciis, agri frugi-
bus, exceptis avenis ² tantum & ordeo, sunt minus
abiles. Rura multum ex moris ibidem sunt te-
tra, palustribus arvis, luteis & squalosis con-
spersa; pascuosa tamen armentorum herbagiis,
& juxta decursus aquarum virore convallibus
sunt decora. Regio namque ³ lanigeris ovibus
est ac equis habundans, cujus tellus herbofa,
pecudum altrix & ferarum, lactis & lanæ di-
ves, piscibus marinis, fluvialibus & lacualibus
⁴ multiplex opulenta. Multimodis eciam vola-

1. Continentes *MS. Harl.* 2. Tamen *Ed. pr.* 3. *Antea*, lanugi-
nosus. 4. Multiplex & multipliciter opulenta *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

tilibus est insignis. Falcones ibi nobiles altissimi volatus & animositate egregii sunt, & accipitres audacitate maxima præstantes. Ibi lapis marmoreus bini coloris seu trini, niger viz. varius & candidus, ¹ ac ² Alabastrum reperitur. Ferrifodiis & plumbicidiis, cujuslibet etiam pene metalli, satis abilis. ERODOTUS. Scotorum regio quoad humi fertilitatem, nemorum amoenitatem, fluviorum ac foncium irriguitatem, gregum omnium ac jumentorum multipliciter, ubi litus gaudet cultoribus, nec etiam ipsi solo Britannico impar est. YSIDORUS. Scotia, quantum ad aëris & cœli salubritatem, est regio valde temperata; modicus ibi calor æstate vel nullus excessus, aut yeme frigoris; & eadem omnia ferme de Scotia quæ de Hybernia descripsit. Solsticio quidem æstivo Scotia longissimos dies octodecim horarum habet, vel amplius, yemali vero brevissimos non plene sex; cum in insula Meroë, quæ caput est Æthiopum, dies sit longissimus horarum duodecim, in ³ Alexandro Ægypti + tresdecim, in Ytalia quindecim. In insula vero Tyle sex mensibus æstivalibus dies continuus est, & iterum senis mensibus brumalibus etiam nox continua.

1. Et *Ed. pr.* 2. Alabastrum inibi rep. *MS. Harl.* 3. *Conjecerim Alexandria. Sed Alexandrino Ægypto in MS. Harl.* 4. Tresdecim *antea.*

De divisione gentium Scociæ & linguarum.

CAPITULUM IX.

MORES autem Scotorum secundum diversitatem linguarum variantur; duabus enim utuntur linguis, Scotica viz. & Teutonica, cujus linguæ gens maritimas possidet & planas Fol. 20. a. regiones, Scoticæ vero linguæ montanas inhabitat & insulas ulteriores. Maritima quoque domestica gens est & culta, fida, paciens & urbana, vestitu siquidem honesta, civilis atque pacifica, circa cultum divinum devota, sed & obviandis hostium injuriis semper prona. Insulana vero sive montana, ferina gens est & indomita, rudis, & immorigerata, raptu capax, ocium diligens, ingenio docilis & callida, forma spectabilis, sed amictu deformis, populo¹ quidem Anglorum & linguæ, sed & propriæ nationi, propter linguarum diversitatem, infesta jugiter & crudelis. Regi tamen & regno fidelis & obediens, necnon faciliter legibus subdita, si regatur. SOLINUS Solinus. Historicus, mores primævæ Scotorum gentis² describens, ait: Inhumano ritu gens Scotica semper aspera fuit & bellicosa. Namque dum eis nascerentur masculi, patres cibum eis mucronis cuspide primum offerre solebant, ut non aliter mortem quam in armis, pro libertate bello perire³ desiderent;

1. Quidam *MS.* 2. *Antea*, describens. 3. Desiderant *MS.*

Johannis de Fordun

& cum adulti deinde fuerint, & ad bellandum abiles, interemptorum sanguine prius hausto victores vultus suos obliniunt: liberalis enim gens est, victu parca, animo sæva, vultu ferox & torva, affatu aspera, erga suos tamen affabilis & benigna, dedita ludis & venacionibus & ocio potius quam labori. *YSIDORUS.* Scotica gens ea ab inicio est, quæ quondam in Hybernia fuit, & ei similis per omnia, lingua, moribus & natura. Nam gens est levis, animo ferox, sæviens in hostes, tantum fere mortem diligens, quam servitutem, in lecto mori reputans segnicem, interfici campo per hostes ut interficiat, gloriam arbitrans & virtutem, gens parci victus, famemque diucius sustinens, & raro ante solis occasum se super cibum effundens. Carnibus & lacticiniis est contenta. Et cum sit à natura populus satis elegantis figuræ generaliter, & faciei pulcræ, multum eos tamen deformat proprius habitus.

De Insulis Scociæ divisis ab Insulis Orcadibus.

CAPITULUM X.

ATERGO quoque Scocia multas habet utriusque quantitatis inter ipsam & Hybernicam insulas, ab Orcadum insulis interjacente magno freto separatas, quarum hæc sunt¹ quædam nomina quæ sequuntur. Est enim ab Au-

1. Quidem pro quædam in *MS. Harl.*

stro prius incipiens infula, quæ dicebatur anti-
 quitus ¹ Eubonia, modo quoque ² Mannia. Cu-
 jus regulus Domino suo regi Scociæ ³ decem
 galeas piraticas, quociens opus fuerit, præter
 alia servicia regia ⁴ providebit. In qua sedes est
 Episcopalis Sodorenfis. Infula Arane, ubi duo Fol. 25.b.
 sunt castra regalia, ⁵ Brethwik & Lochransay.
 Infula Helantina Laysche. Infula de Rothisay,
 five Bothe, & ibi castrum regale pulcrum & in-
 expugnabile. Infula ⁶ Combray major, dives
 & magna. Infula Combray minor, insignis ve-
 natui, paucos igitur habet incolas. Infula Bla-
 day. Infula Inchmernok, & ibi cella Mona-
 chorum. Infula Awyne, ubi ⁷ capella Sancti
 Anniani, ibique pro transgressoribus refugium.
 Infula Rachryn, sex miliaribus tantum distans
 ab Hybernia. Infula ⁸ Gya. Infula ⁹ Helanc
 Macarmyk, & ibi refugium. Infula magna quæ
 dicitur Ile, ubi dominus infularum duas habet
 mansiones, & castrum ¹⁰ Dounowak. Infula
 Helanttexa, ibique cella Monachorum. Infula
¹¹ Colounfy, & ibidem abbacia regularium Mo-
 nachorum Canoniorum. Infula Dura, viginti
 quatuor miliaribus longa, cujus pauci sunt in-

1. Carbonia *MS. Harl.* 2. Non Marina, ut in *Ed. pr.* 3. Antea
 omitebatur decem. 4. Providebat *Ed. pr.* Et sic quidem in ipso *Cod.*
Galeano scribebatur, deinde vero a in i ab ead. manu mutabatur. Quam
 mutationem firmat *MS. Harl.* in quo, prævidebit. 5. Brechwik *MS.*
Harl. 6. Antea, Combrey. 7. Cella Adamnani, ibique *MS.*
Harl. 8. Eya *MS. Harl.* 9. Helant Naicarmyk *Ed. pr.* 10. Do-
 manowalk *Ed. pr.* 11. Colonsey *Ed. pr.*

Johannis de Fordun

colæ, ¹ quia venacionibus multum apta. Infula ² Scarbay, longitudinis quindecim miliarium, ubi capella beatæ Virginis, qua multa fiunt miracula. Juxta quam gurges Oceani decurrit fortissima Corebrekane. Infula ³ Lingay. Infula Luyng. Infula Sunay. Infula Selee major. Infula Selee minor. Infula ⁴ Helanc Leneow, i. infula Sanctorum, & ibi refugium. Infula ⁵ Garbeleane, juxta magnum castrum de Donquhonylie, distans ab aliis insulis sex miliaribus in Oceano. Infula Mule, ibi duo sunt castra, scil. ⁶ Doundoward & Dounarwise. Et à Mule per quatuor miliaria distans in mari, fortissimum extat castrum Carnebrog. Infula Hy columbille, ubi duo Monasteria sunt, unum Monachorum, aliud Monialium, ibidem itaque refugium. Infula Sancti Kenethy, cujus ibidem est Ecclesia Parochialis. Infula Kerneras. Infula Lismoree, ibi sedes Episcopalis est ⁷ Ergadie Lismorensis. Infula Coel. Infula Tyree, qua turris est fortissima, eciam ordeï magna copia. Infula ⁸ Helancmok, i. infula Porcorum. Infula Barraye, & ibi cella Sanctæ Trinitatis. Infula ⁹ Vyft, ubi maxima de ¹⁰ cetis ceterisque beluis marinis habetur habundancia, & ibi ca-

1. Sed *pro* quia in *MS. Harl.* 2. *Ansea*, Starbay. 3. *Ansea*, Lingay. 4. Hellan Leneow, est infula Scotorum *Ed. pr.* 5. Garboleane *Ed. pr.* 6. Domandoward & Domanarwise *Ed. pr.* 7. Ergadiem *Ed. pr.* 8. *Ansea*, Hellantinok. 9. 30. miliaria longa *supra lin. ab ead. manu.* 10. Fetis *MS.*

strum de¹ Benwewil. Infula² Ruernie silvestris & montana, venacionibus apta, paucos eciam habens incolas. Infula Fuleay. Infula Affek. Infula³ Sky. Infula⁴ Lewis. Infula⁵ Hirsch, omnium insularum fortissima. Juxta quam est infula quædam viginti miliarium longa, qua di-
Fol 21. a.
 citur oves inesse silvestres, quæ non præter à venatoribus capiuntur. Infula Tyreym. Infula⁶ Thorset, & ibi turris est fortissima. Infula⁷ Stromeay. Infula Durenys, & ibidem æstatis solsticio sol per noctem visus est non lucens sed quasi caliginem pertransiens. Has habet Scotia supradictas & plures alias Insulas, ad Occidentis sui limites inter ipsam & Hyberniam mari sparsim situatas, quarum sub æstivo Circio quædam infinitum respiciunt Oceanum. Unde sub hac Scociæ plaga mundus, ut creditur, habitabilis finem habet.

De Insulis Orcadibus.

CAPITULUM XI.

SUNT eciam Insulæ Pomoniæ, quæ dicuntur Orcades, ad finem Scociæ Borealem, inter eam & Norguegiam Oceano situm habentes, & à prædictis insulis, ut superius dici-

1. Berwewil *Ed. pr.* 2. 12. *supra lin. ab ead. manu, nimirum ut intelligatur, totidem milliaria esse longam.* 3. 30. miliaria *supra lin. ab ead. m. ut longa etiam subintelligatur.* 4. 60. *supra lin. Et hinc etiam longa subaudiri debet.* 5. Hirsch *antea.* 6. Thorset *antea.* 7. Juxta illam Orcadi *supra lin. ab ead. manu.*

Johannis de Fordun

tur, æquore non modico disjunctæ, quamvis & has & ceteras infulas quidam velint Orcades appellari. Dicuntur autem Orcades ¹ ab Oroë Græce, quod est recipere; ² quoniam ibidem Oceani Scilla five Caribdis aquas maris continue recipit, & refundit, de quibus scripsit Yfidorus dicens, Orcas est insula juxta mare Britannicum, à qua conterminatæ traxerunt insulæ nomen Orcades, & sunt in numero ³ triginta tres, quarum viginti desertæ sunt & ⁴ tresdecim incoluntur. Sed revera, si cum ipsis Orcadibus ceteras Scociæ connumeremus infulas, cultas viz. & incultas, plures reperientur quam ducentæ; modernis namque temporibus Orcadum insulæ ⁵ quadraginta cultæ sunt & plures. Igitur ut earundem insularum differentia liquidius pateat, Orcadum itaque nomina consequenter inscripta sunt. Insula major earum Pomonia dicitur, vel Orcadia. Insula Revaldifay. Insula ⁶ Pappay major. Insula Pappay minor. Insula Stromy-fay. Insula Sanday. Insula Onskery. Insula Etheay. Insula Stromeholme. Insula Westeraay. Insula ⁷ Fareay. Insula Eglifay. Insula Rollifay. Insula Were. Insula Inhelaw. Insula Gorifay. Insula Swynay. Insula ⁸ Scalpandifay. Insula

1. Sic plane MS. Neque mutare placuit, licet à chorein pro ab Oroë ediderit cl. Galeus, 2. Antea, quia. 3. XXXIX. MS. Harl. 4. Antea, tredecim. At XIX. in MS. Harl. 5. XX. MS. Harl. 6. Papey Ed. pr. Et quidem primum scribebatur Papey; tandem vero ab ead. manu in Pappay mutabatur. 7. Fereay Ed. pr. 8. Scalpadifay antea.

Heleneholm. Infula Colbanyfay. Infula Lamholm. Infula Glonusholm. Infula Borowray. Infula Ronaldifay. Infula Flatay. Infula Swynay minor. ¹ Infula Swytay. Infula Grymifay. Infula Ryfay minor. Infula Wawis. Infula Hoy. Infula Fareay minor. Infula Calfay. Infula Calf de Flataye. Infula Pentlandiskery. Infula Sowliskery. Infula Borch de Brifay. Infula Borch de Dernes. Infula Papay tercia.

De tempore quo Fergusius filius Ferechar di —

CAPITULUM XII.

AD hanc infulam ² Albion memoratus ad-
 Fol. 21. b.
 veniens Fergusius, Scotorum primus rex in ea creatus est, quibus & ipse datis legibus & statutis, ab Occidentali quidem Oceano regnum, & ab insulis usque dorsum Albaniae dilatans, limites ibidem inter regna constituit: nam ³ orientalis Oceani regnum Picti coluerunt. De regni quoque principio dicti regis & armis bellicis sic habentur:

Albion in terris rex primus germine ⁴ Scotis, *Versus.*
Ipforum turmis rubri tulit arma leonis.
Fergusius fulvo ⁵ Ferchard rugientis in arvo
Christum ⁶ tricentis ter denis praefuit annis.

1. *Antea*, Infula Grymifay. Infula Ryfaymor. Infula Swytay. Infula Wawis. 2. Albionis *MS. Harl.* 3. Orientali Oceano *MS. Harl.* 4. Scotus *MS. Harl.* 5. *Antea*, Ferethard. 6. *Antea*, trecentis.

*Historia
Beati Congalli.*

Hoc vero tempore, viz. anno ætatis quintæ CCLV. magnus Alexander patri Philippo succedens, anno regni sui postea sexto Darium regem Persarum interfecit, atque Babiloniam optinuit: per idem itaque tempus apud Romanos Lucius Papirius dictator effectus, adeo tunc, ut ait Eutropius, inter bellicosissimos urbis milites habebatur, ut cum diceretur Alexandrum in Ytaliam transgredi, Romani inter ceteros duces hunc eligerent præcipue, qui bellis sustineret impetum Alexandri. HISTORIA BEATI CONGALLI. Deinde post multum tempus venit quidam rex ex Hibernia nomine Fergusius, filius ¹ Ferechardi, regalem in Scotia secum deferens cathedram marmoreo lapide decisam, in qua primus ibidem Rex à Scotis coronatus est. Cujus exemplo succedentes postmodum in regno ceteri reges eadem cathedra rite coronam susceperunt. Hanc quoque cathedram Symonbrec, ut supradictum est, primus attulit ad Hiberniam. Post cujus vero Regumque quorundam aliorum decessum, abnepos ejus ² Rether, quem Beda Rendam vocat, ad regimen Regni Scotorum ³ Albionensium succedens, sui Regiminis temporibus indefesso labore regionis limites protendere studuit: nam & aliquas Pictorum Regni partes ⁴ adauxit sollicitus suo regno. Insuper nec arridentis ei tam felicitis for-

1. *Antea*, Ferethardi. 2. *Antea*, Renther. 3. Albionencium MS. 4. *Antea*, adduxit.

tunæ dono contentus; ymmo prorogandi Regni fines aviditate nimia deditus, apposuit etiam & ex terris Britonum quasdam extremi limitis provincias versus Boream ¹ sibi dominio subjugare.

De Rege Rether ejus abnepote.

CAPITULUM XIII.

REX igitur Rether, in manu forti copiosam hominum ex Hibernia conducens multitudinem, cum Scotis insularis & Albaniam terras habitantibus, partes Britonum aggressus est. Ubi procurfu modici temporis cum suis residens, parti cuidam regionis, qua fixit tentoria, de nomine suo Retherdale, hoc est, vallis, Fol. 22. a. five pars Rether, Anglice ² Rethisdale, inditum est nomen hodiernum. Ipsum tamen quidam à Britonibus eorum partes deprædantem eadem valle referunt occisum, & hoc exinde vocabulum habuisse. Sub hoc autem rege secundus ex Hibernia Scotorum adventus ad Albaniam perfici legitur. Nam omnes ferme, quos in auxilium inde vocaverat, ultro sibi facta fide, Scotis adjuncti sunt Albanensibus, nec unquam de cetero reversuri. BEDA. Scoti Beda.

1. Sic MS. *Antea*, suo pro sibi. Et quidem suo in MS. *Harl.*
2. *Riddesdale Ed. pr.* Sed secuti sumus *Cod. MS.* in cujus tamen margine fateor à manu recentiori, *Riddesdale scribi*, ἐξήγησεν nimirum ergo; nisi malis ex alio exemplari fuisse traductum. Nam in ipso textu *Codicis Harleyani Riddesdale legitur.*

Johannis de Fordun

vero duce ¹ Renterha de Hibernia progressi, vel amicitia vel ferro inter Pictos sedes quas hactenus habent vendicarunt. Dum idem utique regnaret Rex, inter suos tam insulanos quam terrigenas Scotos & Pictos reparata pace, firmissimum communionis foedus caute composuit, ut cujusque gentis alienae bellorum insultibus unanimi voto conjuncti de cetero simul resisterent similiter & impeterent, cum contigerit. Quodque foedus diu postea, variis conjugiorum ² alternative confectis nexibus, &, ob amicitiam mutuae dilectionis inter eos eorumque soboles perpetrandam, multimodis hinc inde donariis firmatum est.

De legatis à Julio Cesare missis ad reges Scotorum.

CAPITULUM XIV.

PORRO modesta pace Scoti concordés effecti cum Pictis, suorumque Regnorum limitibus ambo contenti multo sequenti tempore regnabant, nullam alterutris molestiam, seu quicquid injuriæ conferentes. Fuerunt siquidem eo tempore reges Monarchæ Britonibus, qui gentes undique circumfitas bellis nequaquam injuriando vexabant; sed omni mansuetudinis clemencia cunctis concordiam utrobique conservarunt. Tali namque pacis concordia dum cunctæ sub Circio gentes potiren-

1. Renda pro Renterha in *MS. Harl.* 2. Alternatim *MS. Harl.*

tur insulanæ, Gaius Julius Cæsar, postquam ponte facto Renum transiens totam perterruisset Germaniam, omnemque fere Galliam, quæ inter Alpes, flumen Rodanum, Renum & Oceanum est, Gallorum gentem ferocissimam annis novem domuisset: mox Britannis bellum intulit, quibus ante, sicut refert Eutropius, nec nomen quidem Romanorum cognitum est.

BEDA. Verum Britannia Romanis usque Gayum Julium Cæsarem inaccessibleis atque incognita fuit, qui cum Lucio Bibulo consul factus, Germanorum gentibus & Gallorum vel¹ territibus vel superatis, Britonum regem Cassibilanum ad

Beda.

dedicionem coëgit. GALFRIDUS. Cassibilanus vectigal singulis annis librarum argenti tria milia Julio Cæsari spondit. Igitur Urbis

Galfridus.
Fol. 22. b.

Conditæ anno DCCLIII. & ante² Dominicam Incarnacionem XLIX. Cæsar victis Britonibus, Aquilonalium parciū reges consimili volens subicere jugo, præmissis primo legatis, qui quas petebat ab eis servari leges exponerent, pertransiit Britanniam, & ad mare Scoticum, quo tunc temporis Britones à Scotis disjuncti fuerant, usque perveniens, in ripa fluminis ejusdem magno vallatus exercitu per tempus aliquod affidebat. Ipfis interea, Scotorum viz. regibus & Pictorum, per nuncios bifarias & clemenciæ simul & austeritatis direxit epistolas: quarum si priores, hoc est, spontaneæ sub-

1. Territus *MS.* 2. *Antea*, Divinam. 3. *Antea*, pertransit.

jectionis & pacis, quasi propriæ salutis forsan immemores, fronte rugata stolide respuant, ut alteras sibi bellorum literas mandavit ac diffidenciæ præsentarent.

De responsis eorundem regum² literatorie Julio remissis.

CAPITULUM XV.

HUJUSMODI vero cum audissent reges nuncium, indignati valde, brevi rescribentes stilo, sub uno tenore conjuncti responsa dabant tali forma. “Reges Scotorum Pictorumque voce consona Romanorum civium Julio procuratori, Salutem dicimus & pacem; si quæ sunt pacis sapias aut salutis;” & tum consequenter ad hanc clausulam: “Ne putes, ô Cæsar, puerili nos more talibus adulacionum seduci posse blandiciis, quod ab innatæ nobis amoena nobilique libertatis platea, qua nostri directe parentes ope Deorum sustulti semper ibant, non à dextris ad sinistram flectentes, per callem inviam, generosi cordis cuique tortam, asperam & horribilem, fervili valle teterrima devios errando deducere valeas, cum hæc præcipue, quæ blandiciarum insipientibus apta conveniunt, pignora, tuæ legacioni defuerant, giracula viz. vel poma, quo libacioni forcius aspirat gratulando stul-

1. Nec pro ut in MS. 2. Antea, transitorie. 3. Pinū quo MS. Pernum quo MS. Harl. in quo & innato.

“torum

“ torum levitas, quam si quis Regnum eis libere
 “ genibus offerat provolutus. Minas itidem,
 “ quas ex tuis literis te nuper ¹ equitasse pro-
 “ pendi poterit, parum timendas vel nichil om-
 “ nino decernimus, cum eas non Deorum ex-
 “ isse speramus decreto, sed notabili tuæ præ-
 “ sumpcionis audacia potius ambiguum non est:
 “ nam temet, seu quos te fateris eorum confu-
 “ lem nusquam offendimus, sed neque novimus
 “ teste mundo. Nobis injuste ² sic quidem in-
 “ fontibus bella promittis in proximo, si non
 “ hujusmodi præactas superius adoracionis tuæ Fol. 23. a.
 “ sectantes semitas, eleganti dejecto nobilitatis
 “ antiquæ ³ septo, quod absit, reges tamquam
 “ blasphemi propriæ gentis, cunctisque mon-
 “ stra regibus, ordine rationis everso famulemur
 “ civibus, & regia dignitate vertices coronis
 “ hæctenus aureis assuetos, sub servitutis torque
 “ lugubri præcipites misere submittamus. Igi-
 “ tur hæc nobis tua legacione nuper ascripta,
 “ quia Deorum simul & hominum dissona vi-
 “ dentur legibus, Deos in adjutorium nobis &
 “ tuam perniciem, si tua dictis facta sequantur,
 “ insurgere præsto non diffidimus. Non enim
 “ ad bella quasi pompaticè te provocantes ⁴ hæc
 “ brevius rescribimus; sed omni voto pacem
 “ humiliter, & priscorum salvis omnino patrum
 “ tradicionibus, tuam intencius amicitiam ob-

1. *Malim*, eructasse perpendi poterit, *cum MS. Harl.* 2. *Potius*,
 siquidem, *cum Cod. Harl.* 3. *Serto MS. Harl.* 4. *Ansea*, hoc.

Johannis de Fordun

“secrantes. Nam tradicionis libertatem, quæ
 “diligenda nobis super aurum est & topazion,
 “quæque nostro judicio cunctas longe munda-
 “nas & incomparabiliter opes transcendit, &
 “infinite jocalia, quam ab inicio ¹ magnanimi
 “patres incontaminatam nobis filiis, & usque
 “ad mortem, servabant egregie: similiter &
 “nos profecto, non tamquam nostris demeritis
 “ab eorum degenerati natura, sed quasi suarum
 “imitatores legum strenui, nostris post obitum
 “filiis inviolatam servabimus, & absque servili
 “² quoquam scrupulo transferemus. Valeas et c.

De repentino Julii reddito.

CAPITULUM XVI.

DUM vero per idem tempus ad Scotici
 maris australe litus responsa præstolans
 Cæsar, cum exercitu moram ³ faceret, advene-
 runt ex Gallia naves, à quibus audivit, quod
 Ambio Rex cum Eburnacibus & ⁴ Advaticis,
 consilio Treverorum animatus, Romanorum le-
 gatos infidiis cum tota funditus adventante sibi
 legione circumventos apud Embronas inter-
 fecisset. Quod itaque conspirantes iterato Galli
 contra Romanos ad arma crudeliter conjuras-
 sent. Intelligens autem, majora quam ipsorum
 regum expugnacionem hæc superesse negocia,

1. Magnā in MS. Deest in Cod. Harl. 2. Quoque Ed. pr. 3. Fe-
 cerat MS. 4. Advaticus MS. Advaticio MS. Harl.

festinus,

festinus, priusquam ad Gallias mare ¹ transcenderit, incertus sui reditus, ex magnis politisque lapidibus absque cæmento rotundam casulam, columbaris ad instar, præter signum, ut patet intuentibus, ad nichil utilem, fieri iussit, ab hostio non procul ampnis Caronii. Ipsam vero domunculam Romanæ possessionis ultimam quasi fine mundi sub Circio metam, suæque famosæ miliciæ perdurans signum, extruere voluit, ut dudum Hercules, ob æternæ famæ sui-^{Fol. 23.b.} que laboris longinqui memoriam, in insula Gades columpnas fixit, ad finem Europæ sub Favonio. Docetur tamen alias, & præcipue fama vulgante, quod Julius Cæsar hanc domunculam per singulos lapides ² separatam ab exercitu circumferri secum iussit, ut in ea singulis diebus qualibet stacione reædificata, securius quiesceret, quam ³ tentorio. Sed dum regredi concitus ad Gallias voluit, eam, ut hætenus patet, lapide tantum imposito lapidi constructam in intencione cicius rediundi dereliquit. Hujus ad Orientem domus, tantæ quantitatis extat introitus, ut emissario miles armatus sedens ingredi valeat, galea capite cristata fastigium valvæ non attingens. RICARDUS. ⁴ Hic Julius ^{Ricardus.} Gallorum gentem ferocissimam multis proeliis

1. *Antea*, transcenderet. 2. *Sic lego, licet seperati exhibeat Cod. MS. Separatim edidit doctiss. Galeus; quo modo etiam legitur in MS. Harleyano. Vide quid hoc de loco nuper observavi, pag. 742. Editionis nostræ Guilielmi Neubrigensis.* 3. *Tensorio MS.* 4. *Antea omittebatur hic.*

expugnavit: denique navibus Britanniam ad-
vectus, Romanum imperium ultra limitem, viz.
Oceanum, dilatans, quod totum intra decen-
nium consummavit.

De primo Julii Caesaris Imperio.

CAPITULUM XVII.

RUMORE vero conjurationis Gallorum
crebrescente, ¹ Cæsar, rem tanti negotii
non negligendam ratus, ne rebellionis aliorum
hæc impunis fieret occasio, reges prædictos
bellis ad tunc impetere distulit, & vere proximo
debellandos se reversurum improperans, in-
structis navibus ad Gallias rediit, victosque Bri-
tones acceptis obsidibus secum duxit. Ubi vero,
Orosius. secundum OROSIUM & BEDAM, à Britan-
Beda. nis reversus, repentinis bellorum tumultibus
Orosius. undique circumventus & conflictatus est. ORO-
SIUS. Igitur cum pacatam universam esse Gal-
liam Cæsar, neque ausuram fore ut aliquos aspi-
raret motus, arbitraretur, Legiones in Hiber-
niam misit, & Ambionis regis fines, qui tot ex-
citaverat bella, stragibus ² hominum horrendis
devastavit. Oppressa deinde rebellionem Gallo-
rum, bellum civile continuo surrexit Romanis
execrandum, & lacrimabile, ³ quod & totam

1. Cæsarem tanti MS. 2. Deest hominum in MS. Harl. 3 Quod
non solum urbem, sed & totum orbem Romanum quatuor annis,
MS. Harl. recte forsitan, quum & in MS. nostro Galeano Romanum
pro Romanam legatur. urbem

urbem Romanam quatuor annis, & usque mortem Cæsaris tenuit, quo populi Romani fortuna pene mutata diceretur. Interea Cæsar, altero consulatu, quem ita per nuncios expetierat, ut ¹ ei sine aliqua ² dubietate deferretur, per Marcellum, ³ Jubulum, Pompeium, atque Catonem contradicō, jussus est, ut dimissis legionibus ad urbem redire non tardaret. Ob quam injuriam, ab Arantinio, quo congregatos milites habebat, adversus patriam repente venit cum exercitu. Fol. 24. a. Cujus adventu territi consules, & omnis senatus, atque universa nobilitas ex urbe fugerunt in Græciam; & apud Epirum, Macedoniam, & Achayam, duce Pompeio, Senatus contra Cæsarem bellum parat. Cæsar vero vacuum urbem ingressus, dictatorem se fecit, cujus auctoritas ab antiquo fuit, ut consulum excederet potestatem. Deinde quatuor annis, ut dictum est, civilibus bellis intentus, omni pene vel victo vel interfecto Senatu cum Pompeio, ceteraque nobilitate, solus Romanum annis quinque ⁴ tenet imperium, per idem vero tempus in Affrica duces Romani ⁵ nobiles, Cato, Scipio, Petreius & ⁶ Juva, quia per Cæsarem victi, seipsos nequiter occiderunt.

1. *Antea, &* 2. *Dubitacione MS. Harl.* 3. *Bubulum MS. Harl. sed ita, ut primum J pro B scriberetur; idque ab ead. manu.* 4. *Tenuit MS. Harl.* 5. *Deest nobiles in Ed. pr.* 6. *Pro Juba, quo modo plane edidit cl. Galeus. Sed Juva tam in Codice ipso Galeano, quam & in Harleyano. Vide Prefationem nostram ad Guilielmum Neubrigensem, §. IX.*

*Quod ex necessitate, Romanorum tempora
Principum —*

CAPITULUM XVIII.

NEC te pigeat quicquam, ô lector, quod Romanorum gesta seu bella quidem Imperatorum, hoc consequenter opusculo scripta reperias, quæ compendiose quidem ¹ huic ² ratione duplici sunt inserta; una viz. est ³ & necessaria, quod à tempore Julii Cæsaris, qui Scotos, ut priori notatur capitulo, si non ab aliis forte bello fuisset occupatus, subicere gladio tetendit, per annos & ultra quadringentos insultando Romani Scotos subigere, resistendo similiter & hii sua defendere bellis ad invicem conflixerunt. Altera quippe sed spontanea, quia præ ceteris omnium nacionum Historiis, excepta duntaxat Historia sacra, quæ merito cunctarum Regina dici debeat Historiarum, & ⁴ Domina, Romanorum penitus effulget Historia. Juxta cujus igitur Imperatorum successiones, ⁵ qui per annos notantur Incarnacionis Dominicæ, tactis quorundam famosis aliquibus gestis bellisve, negotio quodammodo junctis, hujusmodi vocari, ⁶ Croniculæ, tempora prætenduntur. Quatuor namque mundi dudum fu-

1. Cronicæ mox post huic addit MS. Harl. & recte. 2. Racione MS. 3. Deest & in MS. Harl. 4. Dominam Ed. pr. 5. Quæ MS. Harl. 6. Chronicles Ed. pr.

isse Monarchias Historiis legimus, per Affirios, Perfas, Græcos, & Romanos optentas, quarum excellencior, amplior, & diuturnior est Romana. Prima vero Monarchia partibus surrexit Orientis. Nam sicut humanum genus originem habuit in Oriente, sic ¹ & ibidem multiplicatum Dominium primo præ ceteris ² pululavit, & in ætate mundi tertia tempore Nativitatis Habrahæ, tranfactis ab ejus principio ³ MMMCLXXXIV. Fol. 24.b. annis, per Regem Affiriorum Ninum, ⁴ & eo modo per Semiramidem ejus uxorem, insuper & ad obitum Sardanapalli continuata. Hæc autem Semiramis Indis bellum intulit, quos præter illam & Alexandrum nullus intravit. ⁵ Se- Ha. cunda deinde per Cirum Regem Persarum, ætatis quintæ principio vel citra, surrexit, & in morte regis Darii filii Argis finem habuit. Ter- IIIa. tia quidem in eadem ætate quinta per magnum Alexandrum Macedoniorum Regem initium habens; post cujus obitum, Romanis triumphantibus, paulisper evanuit. Quarta quoque IIIIa. Monarchia sed & famosissima, sicut legitur, ab ipso Romanorum Imperatore primo Julio Cæsare, vel ab ⁶ Octoviano sibi succedente nepote

1. Et ibidem multiplicatum ibidem dominium MS. 2. Pululabit MS. Harl. Sed & alibi b pro u habemus, id quod nuper observavimus in §. IX. Præfationis jam citatæ ad Guil. Neubrigensem. 3. Tribus milibus centum sexaginta quatuor annis MS. Harl. 4. Et eo mortuo per Semiramidem ejus uxorem usque ad obitum effeminati Sardanapalli continuatur MS. Harl. 5. Secundam antea. 6. Octaviano Ed. pr. Octavio MS. Harl.

principium traxit, ac deinceps cum annis Incarnacionis concurrens haecenus durat. Et licet hodiernum Romanæ potestatis imperium, cessante justitia, multimodisque peccatis exigentibus, temporali nequaquam gladio regatur, ut assolet, ejus tamen modernæ possessionis Monarchia, Domini Dei Nostri Ihesu Christi, cujus caractere signatur, favente gracia, præcedentes Monarchias, ceteraque mundi dominia, sicut & honestate similiter & audacia, longe præcellit & infinite.

*De morte Julii Cæsaris, & mirabili
vindicta proditorum.*

CAPITULUM XIX.

P R I M U S apud Romanos¹ Gaius Julius Cæsar Imperium arripuit singulare, viz. anno Cleopatæ III^o. qui fuit² annus ætatis quintæ quingentesimo quadragesimo quarto, & imperavit annis fere quinque. *Ricardus.* R I C A R D U S. Per Julium Cæsarem repetitum est jus uni parendi in Republica, anno ab urbe condita DCCV^o. ac pro regibus Imperatores sunt appellati. Denique Cæsar bellis civilibus³ orbe toto compositis, Romam rediens, dum Reipublicæ statum juxta priorum exempla clementer instauraret, auctoribus Bruto & Cassio, plurimo siquidem senatu⁴ conscio, in curia viginti quatuor, alii

1. *Ansea*, Caius. 2. *F.* anno. 3. *Urbe MS.* 4. *Conscire MS.*
viginti

viginti tribus, alii ¹ viginti uno tradunt, vulneribus confossus interiit. In hac conjuratione ducentos sexaginta vel amplius confcios fuisse ferunt. Duo enim Bruti, de genere Bruti, qui primus Romæ Consul fuerat, & reges expulerat, Gayus Cassius, atque Servilius ² Casca, strictis in capitolio pugionibus, Cæsarem annos ætatis habentem quinquaginta sex occiderunt. Romanus itaque populus dolore ³ stimulat^{us}, Capitolium Fol. 25.a. cum auctoribus ⁴ cædis incendere volens, ejus raptum corpus in foro fragmentis tribunalium ac subfelliorum cremavit. Apud quos eciam ita postmodum memorabilis factus est, ut omnes post eum Imperatores Cæsares appellarentur. S U E T O N I U S. Animadvertens Cæsar, undique Suetonius. se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit, simulque sinistra manu ad yma crura deduxit, quo caderet honestius, eciam inferiori parte velata corporis: atque uno tantummodo ad primum ictum edito gemitu sine voce, percussorum Cæsaris fere neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Dampnati omnes alius alio casu periit, pars naufragio, pars proelio, nonnulli eodem pugione, quo Cæsarem violaverant, sese miserabiliter interemerunt. Ecce lector ⁵ remunerationem justam prodicionis. E U T R O P I U S. Eutropius.

1. XXII. five uno tradunt *MS. Harl.* 2. *Antea, Casca. Deest autem hæc vox in MS. Harl.* 3. *Stumilatus MS.* 4. *Cædi MS.* 5. *Antea, renunciacionem.*

Johannis de Fordun

Vir ¹ quo nullus umquam bellis magis ² innituit. Ejus vero ductu undecies centum nonaginta duo milia cæsa sunt hostium, nam quantum bellis fuderit civilibus noluit annotare. Signis collatis quinquages dimicavit; ad hoc nullus celerius scripsit, nemo velocius legit, quaternas eciam Epistolas simul dictavit. Tantæ fuerat bonitatis, ut quos armis subegerat, clemencia magis vincebat.

De tempore successionis Imperatoris Octoviani.

CAPITULUM XX.

JULIO quoque Cæsari Romanorum secundus successit Imperator nepos ejus, annorum decem & septem Juvenis, Octavianus Augustus, à quo ceteri Romanorum Imperatores Augusti, sicut à Julio Cæsares, sunt appellati. Ipsum Julius, heredem Testamento relinquens, nomen suum ferre jusserat. Coepit anno quidem ætatis quintæ DXLVIII. ac annis LVI. regnavit. Postmodum autem, anno duodecimo quam Consul fuerat, bellis orbe toto confectis, Romam rediit, & ex eo rempublicam quadraginta quatuor annis solus optinuit, antè vero per XII. annos cum Antonio & Lepido tenuerat. Ejus autem anno circiter xxvii. nata est beata Virgo Maria, juxta librum Joachim, & Revelacionem factam Elizabeth, ex qua postmodum filius Dei,

1. *Anrea*, ergo pro quo. 2. Emicuit *MS. Harl.*

cooperante Spiritu Sancto, sine virili femine carnalem assumpsit Nativitatem. Hujus autem Augusti diebus trans ¹ Tiberim de taberna meritoria fons olei exundavit è terra, ac per totum diem largissimo rivo fluxit, significans Christi gratiam ex gentibus. Eciam circulus aureus, ad speciem cœlestis arcus, circa solem apparuit. Igitur cum totum orbem Cæsar Augustus sub Fol. 25. b. pace tranquilla composuisset, Romani, non intelligentes, quod pax illa non Augusto, sed nascituro Christo famularetur, dicunt ei: “Te volumus adorare, quia Deus est in te. Si ² hoc vero non esset, non ita tibi prospere succederent omnia.” Quod renuens, inducias postulavit, & ad se Sibillam Tiburtinam sapientem convocans, sibi ³ quod senatores dixerant recitavit. Quæ spacium peciit trium dierum, quibus artum operata est jejunium, & Imperatori post diem tertium responsum dedit in hunc modum: Versus. VERSUS:

Judicii signum tellus sudore madescit.

De cœlo Rex adveniet per secla futurus.

⁴ Scilicet in ⁵ carnem ⁶ præsens ut judicet orbem.

Et cetera per ordinem versuum, quæ sunt in numero xxvii. Quibus imperatori recitatis, illico cœlum apertum est, in quo pulcherimam Virginem stantem vidit super altare puerum tenentem in brachiis, vocemque dicentis audi-

1. Tiberim MS. Harl. 2. Hec MS. 3. Quid MS. Harl. 4. Sili-
cet MS. 5. Carne MS. Harl. 6. Antea, potius pro præsens.

Johannis de Fordun

vit, "Hæc est Ara filii Dei." Quam senatoribus visionem retulit, & ipsi supra modum mirati sunt. Cujus postmodum anno quarto, octavo Kal. Octobris, quando dies incipiunt minui, suum filium Elizabeth peperit Johannem Baptistam, præcursores ¹ Domini.

De Nativitate Domini nostri Ihesu Christi &c.

CAPITULUM XXI.

GRACIÆ quidem anno primo, qui Cæsaris Augusti fuit XLII. post præcursoris vero Conceptionem mense sexto, Kal. videlicet Aprilis octavo, quando dies incipiunt crescere, beata Virgo Maria, servata Virginitate, mundi perieruntis Redemptorem, Angelo nunciante, concepit. Qui cum in forma Dei esset, humiliter ex ea servi formam accipiens, in Bethleem Judæ, civitate David, ejusdem anni mense decimo, Deus & homo Dominus Noster Ihesus Christus nasci voluit, ut tunc demum aprior fieret humilitatis institutio, cum jam poena superbiæ per totum mundum omnibus esset exemplum. Igitur sopitis ubilibet bellorum tumultibus, dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter faceret, Dei patris verbum caro factum est, & habitare coepit in nobis, à mundi principio transactis MMMMCCXCIX. annis. A transitu maris rubri

1. *Antea*, divinum pro Domini.

MMCCCCLII. A Troja capta sex annis mille ducentis. Et quinquaginta septingenti duo fluxi Urbis erant, Christus cum mundum sanctificavit. A primo Rege Scotorum in Scocia regnante, qui Christum ¹ tricentis ² ter denis præfuit annis. A refuscitatione Regni Judæorum per Judam Machabæum CLVIII. OROSIUS au-Orosius. tem in Apologetico super illud oracionis Abacuc Prophetæ, Domine opus tuum in medio Fol.26. a. annorum vivifica, illud ³ describens ait, Christus filius Dei in virtute & gloria Patris, ea quæ principio condidit in medio redemit, & in novissimo judicabit. Mundus itaque per tria variacionis legum tempora divisus est. Nam in Adam incepit tempus legis naturæ, durans usque ad Moysen, in quo terminatum est. In Moyse vero tempus incepit legis scripturæ fluens ad Christum, quod & in ipso terminatur. In Christo siquidem incepit tempus legis gratiæ, quod usque consummacionem seculi perdurabit.

De diversis accidentibus & successione Thiberii.

CAPITULUM XXII.

ANNO Graciæ secundo Gentiles Magi, Jafper, Melchior, & Balthazar, cum muneribus procul ab Orientis finibus, eos nova du-

1. *Ansea*, trecentis. 2. Trinis *pro* ter denis *in MS. Harl.*
3. Describens, *Ed. pr.*

cente stella, venerunt Judæam, adorare Christum Natum. Quem cum adorassent, jussui regio non obedientes, per aliam viam in suas regiones reversi sunt. Igitur Herodes iratus omnes pueros duorum annorum & infra Bethleem Judæ, & in omnibus finibus ejus occidit, sperans inter eos occidere Dominum Ihesum. Eodem anno Johannes ¹ Evangelista natus est. Anno gratiæ vi. miserabiliter Herodi mortuo successit filius ejus Archelaus. Et anno xii. Christus in Templo Doctores audit ² & interrogat, & in Chana Galilææ convertit aquam in vinum. Eodem eciam anno Judaicum Regnum in quatuor ³ Tetraarchiis divisum est inter fratres Archelai, videlicet Herodem, ⁴ Antipatrem, Lisianiam & Philippum. Qui quidem Archelaus anno Domini xv. obiit. Et illi successit Herodes ⁵ Tetraarcha. Anno quoque Domini xvi. Cæsar Augustus obiit, quem Romani plangentes dixerunt, utinam aut non nasceretur, aut non moreretur. Vir qui non immerito ex ⁶ maxima parte Deo similis putatus est. Nullus eo vel in bellis felicius aut in pace moderacior. Qui certe nuncquam aut reipublicæ ad se potentiam traxisset, aut ea tamdiu potiretur, nisi magnis studiorum & naturæ bonis habundasset.

1. Evangelista MS. Et sic quidem in aliis aliquam multis Codicibus MSS. Nimirum pronunciabant perinde ac si cum w scriberetur. 2. Antea omitebantur & interrogat. 3. Sic. 4. Sic lego, quam in MS. sit Antipatre, non, ut in Ed. pr. Antipatrum. Et quidem in MS. Harl. plane, Antipatrem. 5. Sic. 6. Magna MS. Harl.

Beatissimam rempublicam Thiberio successori reliquit, qui privignus ei, mox gener, postremo filius adopcione fuerat. Hic Thiberius anno quidem Imperii xxiii. obiit, omnium ingenti gaudio. Pilatus anno Domini xxvi. Procurator efficitur in Judæa.

De Passione & Resurrectione Christi.

CAPITULUM XXIII.

ANNO gratiæ tricesimo tercio Deus & Fol. 26.b.
 Dominus noster Ihesus Christus, ut ipse prædixerat, secundumque ¹ Prophetias, quæ de eo ² præscriptæ fuerant, ad Passionem sponte venit, passusque sepultus est, ac tertia die resurrexit. Die vero deinde quadragesima propria virtute coelos unde venerat ascendit. Eodem anno Sanctus Stephanus lapidatur, & Paulus conversus est. Anno gratiæ xxxvii. Sanctus Petrus in Anthiochia cathedratus est. Et anno xxxviii. Pilatus seipsum interemit. ³ Decedenti quoque Thiberio nepos ejus successit, Romanorum quartus, ⁴ Gayus ⁵ cognomento Caligula five ⁶ Galicula sceleratissimus; coepit anno domini xxxix. & regnavit annis quatuor. Hic Herodem Agrippam à vinculis liberatum Regem Judææ fecit. Annoque sequenti Sanctus

1. Prophetas *MS.* 2. Præscripta *MS.* 3. Discedenti *MS.*
 4. *Antea,* Caius. 5. Cognomento *MS.* 6. *Antea,* Galigula.

Mathæus ¹ Evangelium in Judæa scripsit. Gaius vero, dum adversus cunctos ingenti crudelitate sæviret, in palacio consilio Senatorum interfectus est. Claudius inde Romanorum quintus, Gaii Patruus, regnare coepit anno Domini XLIII. & imperavit annis fere XIV. cujus anno tercio Jacobus Zebedei, frater Johannis ² Evangelistæ, decollatus est ab Herode, à quo Petrus etiam vinculatus, sed aperto carcere per Angelum liber exivit, & ejus ³ etiam anno III. Romæ Cathedram suscipiens, ibidem annis XXV. princeps Ecclesiæ sedit. Porro post passionem Dominicam, erat Petrus Ecclesiæ Rector annis quatuor, postea quidem Antiochiæ tenuit Episcopatum annis VII. ⁴ ac Romæ deinceps Pontificatum annis, ut supra, viginti quinque, sicque sacerdotii gradu post Christum fungens, annis XXXVI. papa sedit. Anno Domini L. Claudii quoque Cæsaris octavo, Paulus Romam invitatus mittitur.

De successione Claudii Cæsaris.

CAPITULUM XXIV.

CLAUDIUS autem, in quarto suæ Regnationis anno, Britannis, ob negatam tributi solutionem, bellum intulit; quos nullus post Cæsarem Julium attigerat. Ipsorum au-

1. Evangelium MS. 2. Evangelistæ MS. 3. *Deest* etiam in Ed. pr. 4. *Antea*, at.

tem interempto Rege Guyderio, fratrem suum Arviragum, ejus loco Regem sublimatum, ad dedicionem tributique solucionem coëgit : unde, secundum GALFRIDUM, ibi per totam hyemem moram faciens, suam filiam, nomine Gewissam, uxorem Arvirago tradidit, quo facto Romam reversus est. BEDA. Claudius sine ullo proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in ¹ dedicatione recepit, ac sexto quam profectus est mense Romam rediit. Insulas quoque tunc Orcades, inter Scociam & Norguegiam positas, auxilio Britonum usus Romano subdidit imperio. Nec omnes eo tempore Britones Romanis subjecti sunt : nam postquam recesserat, eos ad rebellionem reparatos ² Vaspasianus, qui post Neronem regnavit, ab eodem Claudio Britanniam missus, perdomuit, & insulam ³ Weitam jam primo sub dicione Romana suscepit. Nero quoque post hunc ad Imperium successit avunculo suo Gayo similimus, coepit anno Domini LVI. & imperavit annis XIII. & mensibus octo. EUTROPIUS. Hic Romanum imperium & deformavit & minuit, inusitatae fuit luxuriæ sumptuumque, ut retibus aureis piscaretur, quæ ⁴ baltinis funibus extrahebat. Infinitam senatus partem interfecit ;

1. L. dedicionem cum MS. Harl. 2. Sic. 3. Wectam antea. 4. Balteis Ed. pr. Sed baltinis plane in MS. nostro. Neque aliter in MS. Harl. ubi, baltinis seu sericis funibus extendebantur, legimus, posterioribus nimirum verbis, ab interpolatore, ut videtur, pro more suo, mutatis. Quod si baltinis malam esse lectionem putes, tum, si lubet, blatteis repone, quo modo

Johannis de Fordun

bonis omnibus hostis fuit; urbem Romam incendit, ut ejus ymaginem ¹ spectaculi cerneret, quali Troja capta dudum arserat. Cujus anno sexto, Jacobus frater Domini à Judæis lapidatur. Et anno VII. Marcus ² Evangelista, Mariaque ³ Magdalene obierunt. Ultimo quidem imperii anno Petrus ab eo crucifixus, & Paulus decollatus est. Eodem anno publicus hostis à senatu judicatus, cum quæreretur ad pœnam, è palacio fugiens seipsum interfecit.

Quod anno Claudii duodecimo, Britannicum bellum adversus Scotos cœpit.

CAPITULUM XXV.

CIRCA quidem hæc tempora, duodecimum viz. annum Claudii, Britannicum primo bellum adversus Scotos & Pictos exortum fuisse dicitur, quod per centum quinquaginta quatuor annos, ad annum scilicet Severi decimum quintum, nullius interveniente pacifica temporis ⁴ stabilitatione, hoc utique modo sequenti cœptum est. ⁵ Vaspasianus enim ab Imperatore Claudio variis legionibus Britanniam transmisit, postquam, ⁶ omni rebellione sopita, Britones ad annuam tributii solucionem reduxerat,

certe in textu nostræ Eutropii Editionis legitur, licet in Codicibus aliquamultis blatinis (quæ lectio quam baltinis rectior est) offenderim.

1. Spectaculo MS. 2. Ewangelista MS. 3. Magdalena Ed. pr.
 4. Sic lego. Nam stabilitatio in MS. Stabilitate Ed. pr. & MS. Harl.
 5. Sic. 6. Omnium Ed. pr.

¹ Romam rediit; & pro tuenda patria sui partem exercitus ibi relinquens, ut Britonum fulta subsidio gentem fervire cogeret ² Hiberniensem, & Scotos similiter & Pictos, vel deleret, præcepit. Progressi denique comites cum Romanis Britones ad Hiberniam, ubi datis mutuo receptisque variis cladibus parum aut nichil profecerunt. Indeque reversi, contiguas regni Fol. 27.b. Scotorum & Pictorum plagas, quia se Romanis subicere nollent, incendiis ubique consumunt, & cædibus similiter & rapinis. Convalescentibus interim Romanorum & Britonum bellis, crudelissimæ gentes, Hibernici viz. Picti, sed & Scoti, quos eadem urgebat convenire necessitas, quia triplex difficile funiculus rumpitur, adversus eos foedere firmissimo ³ colligatæ, Britanniam ex omni parte vastare coeperunt. Nam ob Occidente prorumpentes Hibernici, Scoti siquidem à Circio, necnon & ab Aquilone Picti, divisas inter se regni partes misera cæde consumunt, non sexui parcentes vel parvulorum ætatulæ, sed vel in ore gladii vel incendio forbentes omne quod attigerant. Illi quidem eos è contra nec immerito subicere compari clade fatagentes, visâ quæque, præter humum & lapides, aut in nichilum igne redigunt, aut gladio passim trucidarunt.

1. Rome MSS. 2. Hiberniencium MS. 3. Colligatos, MS. Harl.

*De bellorum ſævicia Scotorum & Pictorum
contra Britones.*

CAPITULUM XXVI.

SÆVISSIMUM inter eos nec auditum antea confimile bellum, quippe nullum Historiis tale vel eo crudelius inter gentes prædicatur: vulgus quidem gentis utriusque, cujus proprium est Agriculturæ solummodo non cædibus indulgere seu bellis, ex omni parte prædis penitus & bellis expositum est ac rapinis. Miseri quoque, plebis viz. abjectio, qui neque prodesse civibus, vel hostibus quicquam nocere noverant, absque pietate trucidantur. Pars namque populi residua, quæ gladiorum ullatenus² acumine evadere poterat, omni destituta præfidio, montibus, speluncis, atque latendo silvarum siluit in abditis. Herbarum itaque radicibus, fructibus eciam & foliis arborum, seu corticibus, aut lacte saltem cujusque pecudis, si quidem habuerit, summe contenta, misere vitam sustinebat: unde & contigit, quod & cives fortissimis urbium inclusi mœnibus, opidorumque custodes, hujusmodi gladio vel decisis agrorum vel fuga prolapsis cultoribus, ad³ tantam famis & inediæ pervenerunt inopiam, ut domos, universasque facultates, totamque supellectilem,

1. Deinde mox post eos addit MS. Harl. 2. Aciem pro acumine in Ed. pr. Sed acumen in MS. Harl. 3. Tantum Ed. pr.

pro nichilo reputantes, seipfos, uxores, & liberos, ab hac clade salvare cupientes, remotis procul in partibus ¹ adduxerunt. Urbes interea sic sæpius ² evacuatas custodibus, præter paucos vecordes, omni defensionis ³ expertes pericia derelictas, circumdant hostes, nec ab hiis diu Fol. 28. a. quievit eorum feritas, sed lectis in unum agminibus facile scandentes moenia, quibus absque mora prostratis funditus, ac sparsim lapidibus fossa dejectis, humo protinus coæquabant. Hujus vero sunt testes cladis urbes Britonum fortissimæ, viz. Agned, quæ per Heth Scotorum Regem reparata postmodum, ⁴ Hethinburgh dicta fuit: Kaerleyl eciam, ⁵ & Alneclud, opidaque plurima, quæ per eos usquequaque solo tenus dejecta sunt, nec à ⁶ quoquam hæctenus reformata. Romanorum Historiis Eutropius. EUTROPIUS hujus reminiscens cladis, ait: Nero quidem in re militari nichil ausus, pene Britanniam amisit: nam duo sub eo vel tria nobilissima capta sunt opida & subversa.

1. Abduxerunt *MS.* 2. *Antea*, evacuata. 3. *Expertes MS.*
4. Hethinburgh *Ed. pr.* **Edinburgh** vulgo vocatur. Inde certe Hethinburgh sive Edinburgh dicta in *MS. Harl.* ab interpolatore, ut puto. 5. Et Alneclud quæ sive Aldclide & nunc Dunbretan nuncupatur, opidaque *MS. Harl.* ab interpolatore itidem, ut videtur.
6. Quoque *Ed. pr.*

Johannis de Fordun

De Moraviensibus, à natali solo Moravia per Romanos expulsis, qui se Pictis &c.

CAPITULUM XXVII.

IMPERATORIS illius nequissimi Neronis vecordia segnicieque non incognitis, spes ¹ pristinæ libertatis recuperandæ ² nonnulla est exorta gentibus. Innumera mala Romani suis diebus perpeffi sunt. Nam legionibus Orientis Parthi jugo subductis, Armeniam ab eis receptam fervire cogebant. Britannia ³ quidem à circumfritis est diminuta peneque vastata populis. Germanos insuper & Pannonios novo motu rebellare volentes Romani domabant exercitus. Itaque Moravia, Pannoniæ regio quædam juxta Danubii flumen, ut sæpe solebat, per ⁴ sedicionem excitata, ⁵ Roderico duce rebelans, totam ipsius patriæ tutricem legionem dolo circumventam occidit. Hos quoque Moravios ante privignus Augusti Cæsaris Thiberius, nondum Imperator, cæde cruenta ferme delevit. Quamobrem propinquæ provinciarum legiones, sceleris hujusmodi factione percepta, ⁶ decernunt, quod vel eorum majores, videlicet Moravorum, punirent gladio, sive perpetuo deinceps dampnatos exilio relegarent. Rodericus igitur, adveniencium impetus legionum pavore territus

1. Prestinæ MS. 2. Nonnullis MS. Harl. 3. Quoque pro quidem in MS. Harl. 4. Cedicionem MS. 5. Rodericho MS. 6. Discernunt MS. ferre

ferre non sustinens, cum suis exul classe ¹ re-
fecta victualibus, per Danubii flumen mare pe-
ciit, ac arte piratica sinus varios Borealis Oc-
ceani prædando circuiens, ad mare Belgicum se
transtulit. Igitur dum ibidem per tempus ali-
quod adversando Romanis mare transcurreret,
ac multis infestacionibus Galliæ ² partes & Bri-
tanniæ, suasque naves afficeret, Pictis demum,
inter quos antea sæpius moram fecerat, quie- Fol. 28.b.
scere volens, perpetuo foedere manus dabat.
Quorum illico multitudine ³ numerosiores Picti
multoque forciores effecti, contra Britones ad
bella procedere continuo Scotos hortantur,
quod & factum est. Nam sua componentes in
unum agmina, nullius adversarii timentes im-
petum, Britanniam advolant, & post multos
hominum hinc inde discursus gravesque provin-
ciarum vastaciones, ad propria redire conten-
dunt, quibus interea cum prædis pluribus ⁴ &
spoliis marginè Regnorum revertentibus, Ro-
manæ gentis ⁵ legionum dux Marius, Britonum-
que patricius occurrens, eos utrinque sævissima
cæde commissa fugere compulit, perempto prius
in acie Moravorum principe Roderico. Hos
enim Moravios ⁶ Gaufridus fuisse Pictos de Si-
thia scriptis imposuit; & bene. Nam omnes à
mari Baltico regiones usque Danubium olim

1. Referta *MS. Harl.* 2. Portus pro partes in *MS. Harl.* 3. *An-
rea*, nervosiores. 4. Et spoliis in margine *Ed. pr.* secus atque *Codd.*
MSS. 5. Legacionum *MS.* 6. *Amea* genus pro Gaufridus.

Johannis de Fordun

inferior Sithia ¹ dicebantur, ex quarum una venientes se Pictis pro perpetuo conjuxerunt. Regressus vero domi Pictorum populus post fugam confusi penitus; necnon & ² acephalæ genti Moraviæ, cujus princeps in bello cecidit, filias in uxores & amplam dedit patriam excolendam, cui ³ pristinæ regionis ⁴ Moraviæ Kataniæ tradentes nomen, cum Pictis insuper commanserunt.

De signo quod Marius, Romanarum legionum dux, ob belli memoriam fieri fecit.

CAPITULUM XXVIII.

PATRATO quoque triumpho, Romanus idem Marius, perpetuam volens ad posteros tanti dirigere belli memoriam, conclavis ad similitudinem pene quadranguli quoddam signum utilitatis modicæ, tamen dolatis ex lapidibus absque cæmenti compagine compositis ⁵ artifice, juxta victoriæ locum erigere jussit, quod itaque facti tegebant & concavi lapides inusitati penitus operis antea fabricatum. Servius Galba, post Neronem, per aliquod tempus successit ad imperium, quod breve fuit; nam Othonis occisus infidiis imperii mense septimo Romæ foro jugulatus est. Inde Lucius Otho,

1. Dicebatur *MSS.* 2. Acephilæ *MS.* 3. Prestinæ *MS.* 4. Moraviæ, secundum Galfridum, Kataniæ *MS. Harl.* 5. *Malim*, artificiose, *cum MS. Harl.*

perempto Galba, pervasit imperium. Hisdem namque temporibus, quibus Otho Galbam occiderat, Vitellius à ¹ Germanicianis exercitibus Imperator factus, Othonem in Italia ² levi proelio vicit, unde futuri belli desperatus eventu, xcv. die quo sumpsit imperium semet occidit, Fol. 29. a. dicens, se non esse tanti meriti quod propter eum civile bellum oriretur. Deinde Vitellius imperio positus multo dedecore gravique sævicia rexit. Hic cum ³ Nerone simul esse vellet, à Vaspasiani ducibus occisus est, imperii completo mense VII. perempto prius ab eo nequiter Vaspasiani fratre Sabino, quem cum capitolio Vitellius incendit. Vaspasianus Romanorum septimus huic interfecto successit, anno Domini LXXI. & regnavit annis novem, mensibus x. diebus XXII. Hic apud Palæstinam factus fuit imperii princeps. obscure quidem natus, sed optimis comparandus. Cum filio suo Tito de ⁴ Jerosolimis triumphavit, interfectis in ea centum & undecim milibus Judæorum. Qui cum anno vitæ suæ LXX. cunctis amabilis esset ac ⁵ jocundus, profluvio ventris fessus assurrexisset, stantem, ait, Imperatorem ⁶ terras excedere decet, & sic exanimatus est. Cui successit Titus filius ejus Romanorum octavus, anno LXXX°. & regnavit annis II. & mensibus octo. Vir ⁷ omni

1. Germanicis *Ed. pr.* 2. Proelio vicit levi *Ed. pr.* 3. *L. potius cum MS. Harl.* Neroni similis esse vellet. 4. Jerosolumis *antea.* 5. Jucundus *antea.* 6. Terris *MS. Harl.* 7. *Antea,* omnium.

virtutum genere mirabilis adeo, quod amor & diliciæ generis humani diceretur, facundissimus, bellicosissimus, moderatissimus: felicitatis & libertatis tantæ fuit, ut cum nulli quicquam negaret, & ab amicis reprehenderetur, respondit, nullum debere tristem ab Imperatore discedere. Præterea cum quadam die recordatus in coena fuisset, nulli se quicquam illo die præstitisse, dixit, amici, hodie perdidit. Interea XLII. ætatis anno morte præventus est, hominum majore quam suo dampno. Tito successit frater ejus Domitianus, Neroni vel Galiculæ, vel Thyberio, quam fratri seu patri similia, anno Domini LXXXIII. Imperavit annis xv. Hic secundus post Neronem Christianos persequens, cum ob scelera cunctis exosus esse cœpisset, interfectus est in palacio per senatum. Nerva successit Domiciano; regnavit anno uno & mensibus quatuor.

De hiis quæ de Romanæ potestatis ascensu & descensu scripserunt —

CAPITULUM XXIX.

ANNO Domini c°. Romanorum undecimus Alpius Crinitus Trajanus, natus ¹ Italicæ in Hispania, regnavit annis xix. mensibus v. diebus xv. Denique prostrato debilitatoque statu Romano, in remedio malorum divinitus

1. Italicæ MS. Harl.

credebatur Nerva datus. Innumera quidem e-
 venerunt semper Romæ bella contraria, non
 solum hiis sed etiam à suæ condicionis diebus
 continue, quamvis ad tantam potestatem per-^{Fol.29. b.}
 venerit, de quibus omnibus epilogatis in gene-
 rali scripsit OROSIUS dicens: Partem five la-^{Orosius.}
 titudinem regni Roma suis cladibus in suam
 versa cædem ¹ singulas quasque gentes ibi-
 dem ubi domuit vindicavit; Asiæ, Europæ, at-
 que Affricæ, non dico tribus mundi partibus,
 sed totis trium parcium angulis, gladiatores
 suos ² feriatufque inimicis spectaculum ulcioris
 misere ingeffit. Et AUGUSTINUS; partibus ^{Augusti-}
 orbis imperans ipsa, tanquam se ferre non va-^{mus.}
 lens, se sua quodammodo magnitudine fregit.
 Nerva quoque rempublicam ita ministravit, ut
 omnibus principibus merito præferatur. Inter
 plura dicta hoc ipsius fertur egregium; amicis
 eum culpantibus, quod nimium circa omnes
 communis esset, respondit, talem se Imperato-
 rem esse privatis, quales esse sibi imperatores
 privatus optasset. Obiit profluvio ventris æta-
 tis anno XLIII. Hujus tantum memoriæ delatum
 est, ut usque nostram ætatem non aliter in se-
 natu principibus acclametur, nisi felicior Au-
 gusto, melior Trajano. Ejus tempore Johannes
 Apostolus, cum esset nonaginta novem anno-
 rum, migravit ad Dominum. Helyus Adrianus,
 Consobrinæ Trajani filius, ab Augusto duode-

1. Singularem *antea*. 2. *Deest feriatufque in MS. Harl.*

cimus princeps creatus, cœpit anno Domini c.xix. imperavit autem annis xxi. Omnibus pene diebus vitæ suæ pacem habuit. ¹ Orbem Romanum suo tempore circuiit, Judæos secundo rebelles ² subjugans, muros Jerusalem reparavit, & Helyam de suo nomine vocari præcepit, ne cui Judæorum in ea daretur intrandi licentia, sed tantum Christianis, alias in ea gentes collocando.

De successione diversorum Imperatorum.

CAPITULUM XXX.

ANTHONINUS Adrianus, cognominatus Pius, Helii gener, eo mortuo decimus tercius Romanorum successit, anno Domini cxl. & imperavit cum filiis Aurelio & Lucio xxii. annis. Cui ³ decedenti Marchus Antoninus, & Lucius Aurelius Commodus, anno Domini ⁴ clxii. imperium affecuti sunt. Hii æquo jure administraverunt imperium, cum ad hoc tempus singuli fuerint Augusti. Conjuncti regnabant annis decem: undecimo quidem anno Aurelius Commodus obiit, & Marchus Anthoninus rempublicam solus tenuit annis vii. Quem mirari quisquam facilius quam laudare posset. A principio quoque vitæ tranquillissimus, adeo quod ab infancia multum nec ex gaudio, nec

Fol. 30.a.

1. *Annea*, urbem Romanam. 2. Subjugavit *Ed. pr.* 3. Discedenti *MS.* 4. *CXLII. MS. Harl.*

ex mœrore mutaverit. Ipfius tempore Lucius Rex Britonum, ut fertur, ad papam Eleutherium Epiftolam mifit, obsecrans, ut per ejus mandatum Christianus efficeretur; & mox effectum piæ postulacionis confecutus est. Anno CLXX. fancta crux inventa est. Aurelius Commodus patre defuncto regnavit annis XIII. coepit anno Domini CLXXXI. Tandem ipse Commodus, cunctis incommodus, in domo vestali strangulatus interiit, Helyus deinde Pertinax senex à senatu creatus est Imperator. Imperare vero juffus est anno Domini CXCII. fed Juliani Jurisperiti scelere occifus est, quem postea Severus apud Milvum pontem interfecit. Julianus autem, qui vi sibi Romanum vendicavit imperium, imperavit mensibus septem. Sicque inter Pertinacem Cæsarem, & Julianum ejus successorem, unus annus ¹ assumptus est. Severus igitur Affer genere, Romanorum decimus septimus, regnavit annis XVIII. Solus omnium memoria & ante & post ex Affrica Imperator fuit. Coepit anno Domini ² CXCIII. Hic natura sævus, multis bellis ³ lacescitus, rempublicam fortissime, sed laboriosissime rexit.

1. Scriptus *pro* assumptus in *Ed. pr.* At in *MS. Harl.* effluxit *pro* assumptus est. 2. CXCIII. *pro* CXCIIII. in *Ed. pr.* 3. Sic.

*De ¹ confœderacione Fulgencii ducis Albanie
cum Scotis.*

CAPITULUM XXXI.

TEMPORIBUS autem Imperatoris Com-
modi præcedentis civile discidium in
Britannia, propter tributi solucionem, oriri
cœpit inter Britones. Nam defuncto, vel, ut
alibi, non comparente suo rege Lucio, post
quem eorum regia stirps in Britannia regnare
desiit, tribuni pro regibus constituuntur ibidem
à Romanis. Consul interim Britonum Albanen-
sium Fulgencius, ex antiquorum exortus regum
prosapia, se nequaquam Romanis tributa sol-
vere, sed neque debere dicebat, cum nullam eis
umquam, vel fidem vel subjectionem promi-
sisset. Ob hoc autem ad invidiam excitati con-
cives, ipsum contribuere suas ² namando terras
cogere disponunt, quibus & ipse renamando
nullatenus, sed in ipsos quasi defæviens præ-
dando, vicem compensat cum usuris. Unde
postmodum rapinæ sequuntur acerrimæ, sedi-
ciones eciam & incendia, nulli mutuo parcen-
tes, sed omnia, quasi totaliter ab Australibus
Boreales divisi ³ sunt Britones, atque seipsos ad
invicem ubique confumentes. Scoti siquidem
cum Pictis, more solito, crebris irrupcionibus

1. Consideracione *MS.* 2. Naamando, & *mox* renaamando
MS. Harl. 3. *Ansea*, scil. *pro* sunt.

propinquas eis Fulgencii partes vastando ¹ dilacerant, prædas innumeras abducentes. **Quod** Fol. 30 b.
 utique Fulgencius ut undique bellis ² competere-
 retur non sustinens, foedus cum Scotis ad tem-
 pus iniiit; & ex pacto pace firmata, Britones
 socios toto conamine, Romanorumque patri-
 cios, qui patriam eo tempore regebant, invasit.
 Dum hæc autem apud Britanniam civilis disci-
 dii geruntur incommoda, tributis ³ pensio, Ro-
 manis annuatim ⁴ solita transmitti, remansit pe-
 nitus insoluta. Multi quoque Britonum à Ro-
 mana fidelitate post ipsum abierunt, à tributo-
 rum subiectione sperantes sic absolvi.

*Quod imperator Severus, ad excludendum Scotos
 & Pictos ab invasione &c.*

CAPITULUM XXXII.

AD imperii Regimen, ut dictum est, Seve-
 rus accedens, ubique rempublicam om-
 nino turbatam invenit, quam ad statum redu-
 cere magnis laboribus conatus est. Igitur post-
 quam Pascenium Nigrum, Ægypti partibus &
 Syriæ rebellare conantem, occidisset, ac Parthos,
 Arabes, & Azabenos, victos ad pacem reduxe-
 rat; Judæos eciam & Samaritas, iterato rebel-
 lionem meditantes repressos, multaque rebel-
 lia toto Romano ⁵ pacisceret orbe, Clodium

1. Dilacerant MS. 2. Malim, impeteretur, cum MS. Harl.
 3. Pensio MS. 4. Soluta MS. 5. Paciscerat MS. Harl.

Johannis de Fordun

¹ Albanum, qui se Galliis Cæsarem fecerat, apud Lugdunum civitatem victum, interfecit. Civilibus itaque bellis ex omni parte maxima diligentia repressis, sola Britannia factione Fulgencii remansit effrenis. Inito quidem imperator consilio, quis inter tocius miliciæ principes acceptis secum legionibus Britanniam adire se disponderet inquirens, nec ullum se paratum esse dicentem audierat, assumpto gladio, præsto sum, inquit, omnes præparate sequimini, mecum ibitis, sicque continuo versus Britanniam profectus est. Nec tamen adventus sui causa

² Fulgencio latuit, sed ab amicis per præmissos clam nuncios ³ præmunitus, quod tantæ multitudinis pugnatorum adversus impetum se nequaquam cum suis speraret ullatenus prævalere. Quamobrem festinus Scociam ingrediens, cum regibus Scotorum & Pictorum, perpetuæ pacis suarumque gentium æternæ communitatis perstabile foedus iniit, filiis suis duobus obsidibus interim derelictis. Quorum deinde maximo suffultus exercitu Britanniam regressus est, ⁴ bella confestim commissurus. Ibat autem hujusmodi sæpius expeditiones faciendo redibatque, donec latissimi valli municione per Severum trans in-

Fol. 31. a. fulam deducti præpeditus, ac tunc primo paululum conquievit.

1. *Potius, Albinum, cum MS. Harl.* 2. *Fulgencium MS. Harl.*
3. *Sic MSS. non, ut in Ed. pr. præmonitus.* 4. *Bellum MS. Harl.*

Quod Fulgencius, Scotorum fultus & Pictorum præsidio, civitatem obsidens Eboracum, Severum occidit Imperatorem.

CAPITULUM XXXIII.

FECERAT enim Imperator eo tempore vallum trans Insulam, cum effugatum in Scocia Fulgencium superasset, inter duos hinc inde fluvios, viz. Tyne & Esk, ne suis continuis hostibus Scotis & Pictis, aut ipsis eciam Albanix Britonibus, invadendi socios, ut soliti fuerant, appareat de cetero locus patens. Sciens igitur Fulgencius, iter suum terrestre versus Eboracum esse vallo præclusum, naviculas victualibus instrumentisque bellicis, ac equitibus oneratas repente præparat; pedites ¹ etenim cum seipso ceterique terrestres duces exercitus fluvium adeunt, & carabos ex ² complexis virgulis, scaphas scil. portatiles, coriis circumcirca subtiliter confutas, quarum ³ unaquaque duos aut unum saltem cum armis & remige transferre poterat, ex industria facientes, quibus remigando noctis caligine, natando similiter prospere, fluvium præ diluculo ⁴ transferunt. Adunatis in unum deinde catervis, civitatem, quam invadente Severo prius amiserat, Eboracum forti circumdans obsidione, suorum quos-

1. Equidem *pro* etenim in *MS. Harl.* 2. *F.* complexis. 3. Unaquæque *MS. Harl.* 4. Transferunt *Ed. pr.*

dam ab eo recedentes antea procerum in fide
 1 pristina sibi conjunctos recipiebat. Animati
 vero tanta pugnatorum multitudine, quæ se-
 cum aderat, sibi potius adhærere quam Ro-
 manis 2 elegerunt. Dum igitur post paucos dies
 obsidioni vacaret intencius, & præparatis mul-
 tis instrumentorum ad moenia civitatis scan-
 denda seu perforanda machinis, affultum dili-
 genter afficeret, in impetu repente cum suis
 idem Romanus princeps, ut erat magnani-
 mus, in eos irruit, & cum Fulgencio bellum
 letale committens occisus est. *BEDA* vero *Se-*
Beda. verum eadem civitate propria morte defunctum
Galfridus. refert: sed *GALFRIDUS*, sicut & hîc, hunc à
 Fulgencio testatur sequentibus interfectum.

*De hoc quod Beda scripsit de dicto muro
 & morte Severi.*

CAPITULUM XXXIV.

Beda. **B**EDA. Victor ergo Severus bellorum civi-
 lium, quæ sibi gravissima concurrerant, in
 Britannias omnium pene sociorum defectu tra-
 hitur, ubi magnis gravibusque proeliis sæpe
 gestis, receptam insulæ partem, à ceteris indo-
 mitis gentibus, non, ut quidam æstimant, muro,
 sed vallo distinguendam putavit. Hoc itaque
 vallum 3 firmissimum, crebris insuper turribus
 Fol. 31.b. communitum, à mari deduxit ad mare, ibique,

1. Prestina MS. 2. Eligerunt MS. 3. Antea, firmissime.

viz. apud Eboracum, morbo obiit. **GALFRIDUS**. Galfridus. Severus, mox ut appulsus Britanniam fuerat, bellum Britonibus committens, partem patriæ sibi submisit, & partem, quam subjugare nequivit, diris debellacionibus in Scociam fugavit. At illa, duce Fulgencio, toto nisu resistens, maximam sæpius stragem & concivibus & Romanis inferebat. Conduxerat enim in auxilium insulanos quoscumque populos, & sic cum victoria multociens redibat. Igitur irruptiones Fulgencii crebras graviter ferens Imperator, fieri iussit vallum inter Deiram & Albaniam, ut ejus impetum propius accedere prohiberet. Communicatoque sumptu à mari fecerunt illud usque ad mare, quod post hostium accessus futuro tempore facilius poterat detinere. At Fulgencius, cum Severo diucius resistere nequisset, transmeavit in Scociam, ut Scotorum auxilio Pictorumque restitueretur dignitati. Cumque totam ibi juventutem collegisset, navigando reversus est Britanniam, & Eboracum obsedit civitatem. Quod cum per ceteras Britanniae nationes divulgatum fuisset, maxima pars Britonum, Severum deserens, penitus abivit ad Fulgencium. Nec ob id ab inceptis Severus destitit, sed, convocatis Romanis, ceterisque Britonibus, obsidionem petens cum Fulgencio dimicavit. Sed cum pugnam acrius confecissent, Severus cum multis suo-

1. Fuerit *Ed. pr.*

rum interfectus est, & Fulgencius ¹ letaliter vulneratus.

*De Sancto Victore Papa primo, sub quo Scoti
suscipere fidem Catholicam ceperunt.*

CAPITULUM XXXV.

ANNO quidem imperatoris Severi septimo, Victor primus, post Petrum Papa decimus quartus, Affricæ nationis oriundus, patrem habens nomine Felicem, sedit annis decem, mensibus duobus, diebus ² XII. Sub eo Scoti fidem Catholicam ceperunt, anno viz. Domini CC. tercio, unde quidam:

*Versus. Cristi transactis tribus annis atque ducentis
Scocia Catholicam cœpit inire fidem.
Roma Victore primo Papa residente
Principe Severo Martir & occubuit.*

Hic autem Victor, sicut prædecessor ejus Eleutherius, sanctum Pascha Die Dominica celebrari constituit, &, ad sacerdotum interrogacionem, de termino paschali celebrando, ceteris eciam
Fol. 32. a. Ecclesiæ pernecessariis, Consilium in Alexandria Palæstinæ celebravit. Cui interfuit Consilio sanctus ipse Papa Victor, ³ Narcissus itaque Patriarcha Jerosolimorum, atque Theophilus Cæsariensis Episcopus; ubi statutum est, ut, observata XIV. luna mensis Aprilis, semper Die Dominico,

1. Antea omittebatur, letaliter. 2. Sic etiam primum scribebatur in MS. Harl. Sed in x. postea mutavit eadem (ut videtur) manus. 3. Narcissus MS.

Pascha celebraretur. Multi quidem & Orientis & Asiæ tunc Episcopi, multoque tempore postea, cum Judæis Pascha celebrabant. Constituit etiam, quod, urgente necessitate, quicumque hominum sive fluminibus, sive fontibus, vel in mari, Christiana tantum professione credulitatis clarificata baptizaretur. Martirio quoque sub Severo coronatur, & apud Sanctum Petrum sepultus in Vaticano, cujus festum agitur v^{to}. Kalendaras Augusti.

De ignobili successione multorum Imperatorum.

CAPITULUM XXXVI.

EUTROPIUS. Reliquit enim Severus duos filios successores, Basianum & Getham, sed Basiano nomen Antoninus per senatum impositum est, ac Getha publicus hostis judicatus confestim periit. Antoninus igitur Basianus, qui & Caracalla, post patrem regnare coepit anno Domini cccxiii. & sex annis regnavit, atque defunctus apud civitatem Edissam, adversus Parthos moliens expeditionem. SIGIBERTUS Sigibertus. apud Edissam civitatem Basianum à Parthis tradit interfectum. GALFRIDUS Galfridus. vero Basianum in Britannia docet occisum à Carausio. Sed priorum potius historiis annuendum æstimo; quia Dioclesiani temporibus & Maximiani, certum est Carausium tunc primo Britanniam à Romanis usurpasse. Nam transactis, post

1. Antea, tamen.

post hujus mortem, Bassiani septuaginta duobus annis, Carausius, in Britannia contra Romanos rebellis effectus, ab Imperatore Dioclesiano per socium Adlectum interfici jussus est, ut infra statim ¹ recitetur. Bassiano successit Macrinus Opilius anno Domini ccxix. & imperavit anno uno. Post quem Marcus Aurelius imperio potitus imperavit annis quatuor. Hic Romanorum vicesimus coepit anno Domini ccxx. Huic Alexander succedens anno Domini ² ccxxiii. regnavit annis xiii. Quo militum occiso tumultu, Romanorum vicesimus secundus regnavit Maximinus. Hic primus ex corpore militari, sine senatus autoritate, Imperator electus est ab exercitu, anno Domini ccxxxvii. & regnavit annis iii. Mox Pupienus & frater ejus Balbinus, interfecto Maximino, usurpaverunt imperium, & statim in palacio cæsi sunt. Fol. 32.b. Gordianus ad imperium sublimatus imperavit annis sex, coepit anno Domini ccxl. qui Philippi fraude occisus est. Romanorum igitur xxiv^{us}. regnavit Philippus cum filio Philippo vii. annis. Qui primus omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus effectus est. Hiis regnantibus Romanæ urbis millesimus expletus est annus, quique fraude Decii successoris occisi sunt : sicque Romanorum xxv. regnavit Decius anno uno & mensibus tribus. Porro non totis duobus annis cum regnasset cum filio, in medio sinu

1. Potius, recitabitur, cum MS. Harl. 2. CCXXIIII. MS. Harl.

Barbarorum interfectus est. Post hunc Gallus Hostilianus, qui & ¹ Decius, cum filio Volufiano regno potitus imperavit vix ann. II. coepit autem anno Domini CCLIV. Romanorum quoque XXVII. imperavit Valerianus cum Galieno filio, qui & ² Decius, & imperaverunt annis xv. coeperunt anno Domini CCLVI. Qui quidem Valerianus, post Martirium beati Poncii & aliorum Martirum plurimorum, à rege Persarum Sapore captus, omnibus diebus vitæ suæ merita pro factis percepit, ita ut, quociens rex Sapor equum conscendere vellet, non manibus, sed incurvato dorso, ³ cervice ejus posito pede, equo membra locaret. Galienus ⁴ Mediolano gladiis à militibus confossus est. Romanorum XXVIII. regnavit Claudius secundus annis fere duobus; coepit anno Domini CCLXXI. Cui frater ejus ⁵ Quintillus, ab exercitu electus, & VII. die percussus occubuit. Aurelianus post hunc regnavit annis pene VI. Post Aurelianum occisum Romanorum XXX^{us}. regnavit Tacitus mensibus sex. Quo apud Pontum occiso, imperium Florianus optinuit, & diebus LXXXIX. imperavit. Hoc apud Tharsum interfecto, Romanorum XXXI^{us}. regnavit Probus annis sex, mensibus IV. coepit anno Domini CCLXXIX. qui militari tumultu apud ⁶ Sirmium necatus est. Cui successit Carus anno Domini CCLXXXV. & imperavit annis II.

1. Dicus *MS.* 2. Decio *MS.* 3. Cervici *MS. Harl.* 4. Medialano *MS.* 5. Antea, Quintilius. 6. Sircum *MS.* Sicturinum *MS. Harl.*

*De primo motu diffencionis inter Scotos & Pictos,
tempore Dioclesiani, vel ante paulo.*

CAPITULUM XXXVII.

Fol. 33. a. **C**ARO quoque fulminis ictu percusso, Dioclesianus post Augustum xxxii^{us}. anno Domini cclxxxvii. succedens, annis xx. regnavit, & Maximianum Herculium primo Cæsarem, deinde fecit Augustum, & in Gallias misit. In quo ¹ itinere Thebea legio passa est. Tanta quidem furia persecucionis Christianorum invaluit eorum temporibus, ut infra triginta dies xxii. milia promiscui sexus per diversas provincias Martirio ² coronentur. Qua persecucione ³ tota fere Cristianitas in Britannia deleta est. Sed eorum jussu dum ista geruntur per omnes imperii Romani fines, subitarum graves perturbationum concrepuere fulgores. Porro Carausio, qui ad observanda Oceani littora ⁴ penitus fuerat, in Britannia, ac in Ægipto Achilleo rebellantibus, Narseus Rex Persarum ⁵ bellis Orientem, & Affricam Quinquegenciani premebant. Hujus autem Dioclesiani vel ante paulo tempus, Scotorum ⁶ coregnantibus pacifice gentibus & Pictorum, junctisque viribus suas ubique regiones protegentibus, casu contigit,

1. Itenere MS. 2. Coronarentur Ed. pr. & MS. Harl. 3. Desunt tota fere in Ed. pr. 4. Malim, positus pro penitus, cum MS. Harl. 5. Deest bellis in Ed. pr. 6. Antea, corregnantibus.

ut,

ut, die statuto, gentis utriusque quidam nobiles more solito regnorum confinibus gracia venandi¹ convenerunt. Ubi vero dum per diei ferme spacium huc illucque discopulatis canibus feras agitando discurrerent, ² molofus quidam, qui sanguinolenta ferarum vestigia solebat insequi, furto per Pictos abductus, & apud eos continuo repertus est. Quem cum repetentes Scoti, nec reddere voluissent, ³ & in sedicionem versi per violenciam eis eripere nitebantur. At illi quidem è contra nequaquam injurias satisfaciendo mitigare, sed vel crudelius augere curantes, ad pugnam properant, ex quo partis utriusque multi qui convenerant gladiis mutuo trucidantur. Hæc etenim occasio primæ dissencionis inter eos, ut legitur, & initium est, qui per quingentos annos una pace degentes, unaque potentia ceteris ⁴ quibusque resistentes gentibus concordarunt. Sed non diu postmodum, quanto prius eorum ⁵ quasi unius amicitia gentis crebris alternatim obsequiorum beneficiis, confœderacionibus liberorum firmis, ⁶ matrimonii lege, necnon & mutuis sæpe conviviiis, fovebatur intencius, tanto crudelius eorum inimicitia de cetero rapinis, incendiis, cædibus, & insidiis, tumultibus variis & erupcionibus, de die crescebat

1. F. convenerint. Sed convenerant in MS. Harl. 2. Sic. 3. Deest & in MS. Harl. 4. Quibuscumque MS. Harl. 5. Quandoque pro quasi in Ed. pr. 6. Matrimonio legis MS. Matrimonio ligis MS. Harl. f. pro, matrimonii ligis.

in diem. Et licet frequenter inter eos pax firmata treugarumque tractatus ¹ convenerint, opus tamen in deterius quotidie versum est, ut una gens alteram delere satageret toto nisu. Reparata tamen pax est per Carausium Brito-
 Fol. 33 b. nem, conducere vero secum eos proeliatum contra Romanos intendit, ut in sequentibus elucescet.

De convencione Carausii facta cum Scotis & Pictis, & Romanorum ejectione prima de Britannia.

CAPITULUM XXXVIII.

VOLVENTE rotam hujusmodi non indubie fortuna ² mobili, Romanorum attenuatæ vires adeo mutantur, ut eorum ³ orbis totus mari terraque turbaretur. Porro Carausius idem vilissime natus, militaris tamen officii peritissimus, dum arte piratica Saxones & Franci tractus Belgici maris & littora navibus populabantur, illud ⁴ pacandi accepit potestatem à Senatu. Qui, continuo latrunculis undique convocatis, quos ad factionem quisquis pronos semper habere poterit, multas ab hostibus prædas sæpe receptas non fociis æque dividens, nec sua restituens indigenis, vel ad reipublicæ proVectum, aut Senatui quicquam imperciens, integras sibi curiositate callida collectas retinuit, se ditando. Ob hoc igitur eciam, ne nimia

1. Convenerunt *Ed. pr.* 2. Mobilis *MSS.* 3. Orbs *MS.* 4. Pacandum *MSS.* bar-

barbaros amicicia susceptos, & in Romani status perniciem¹ aggregatos induceret, à Senatu secreto per litteras ut occideretur iustum est. Ille vero, cum in omnibus prudens fuisset & cautus, Cæsaris mandati ferie comperta, mox omni virtute contra Romanos insurgens, totam sibi met Britanniam, nichil eis inde largiens, retinuit, dominioque proprio supposuit universam. Infulanas insuper quascumque naciones, Scotos eciam & Pictos, quos acerrimis pridem deprædacionibus² affecerat, ad amiciciam pacis cum instancia repente provocans, ut Romanos ex insula conjuncti cum eo pariter deicere confurgerent, multa promittendo donaria, diligenter postulabat. Nec eos ad hujusmodi pacis usquequaque contractum allicere poterat, si non³ acquisitæ gladio tempore Neronis possessiones sub eadem pacis subsisterent forma, concesserit eciam eis integre pro perpetuo remanerent. Hiis igitur in adjutorium sibi conjunctis, in Romanos irruens, ereptis sibi cunctis municionibus, & opidis, omnes è Britannia crudeliter expulsit, seseque regni cum dyademate consignavit.

1. Aggrigatos *MS.* 2. Affecerit *MS.* 3. Acquisitæ *MS.*

CAPITULUM XXXIX.

HUNC ergo Carausium, ex fera licet militia Britones & obscure natum cuncti cognoscerent, propter tamen rei militaris, qua callebat, periciam, libenter in regem suscipiunt, sperantes cicius per ejus industriam à Romanorum eripi potestate. Convenciones quoque, cum Scòtis nuper & Pictis per ipsum initas, sponte ratificant, ac dominia ducis quondam Fulgencii, quæ nepos ejus ex filia Gotharius, ad fluminis Humbri ripam, à Romanis eatenus ope Scotorum multis labentibus annis ærumpnose tenuerit, in possessionem extunc sibi perpetuam, confœderacionis gracia pacti, libere concesserunt. Et ut futuris firmatum est temporibus unus quasi confecti populus contra Romanos, vel alias quascumque naciones, ipsis inferre vel eorum alteri bella volentes, absque dolo fidelem alterutris opem darent. Mittitur interea duce Basiano Romana potestas ab Imperatoribus ad Britanniam, ut à barbaris eam gentibus & indomitis, occiso Carausio vel effugato, reciperet, & ad solitum reipublicæ statum perduceret: sin autem, incolarum cadaveribus respirare volencium lugubre sterneret sua rura. Sollicitabat interim adventu primo blandiens

1. Tenuerat *Ed. pr. aliter atque in MSS.*

Pictos Bafianus; non utique Bafianus ille Caracalla, qui tranfactis non paucis annis Severo patri successit imperio, sed alius jam tunc propter miliciæ famam legionibus præstare ducatum electus; ¹ quod si percusso secum foedere contra Britones ipsum bello juvare contenderent, etiam & eis ipse contra Scotos continuum adhibere præsidium non negaret. Sed quia Convencione prius à Carausio præventi fuerant, de ² promissis finale nullatenus dedere responsum: ipsum tamen vel eorum protenus habendi subsidium, seu bello saltem se subtrahendi seductum, callide dimittentes. Volebant enim fallaci prius prævidere cautela belli finem, de victoria certi, quo securius cum victore pacto postmodum convenirent. Adveniens igitur Bafianus, postquam ³ profugatos cædibus variis & proscricionibus ⁴ affecerat Britones, à Carausio, junctis sibi Scotis & Pictis, acerbissimo certamine cum multis militibus occisus est.

De prodiciofa morte Carausii per Adlectum.

CAPITULUM XL.

POST hanc igitur victoriam Carausius, præ ceteris in omni milicia splendescens, cum primus omnium Britones, postquam ab Imperatore Julio subacti fuerant, expulsis ex eorum

1. *Antea*, quia. 2. *Præmissis MS. Harl. & Ed. pr.* 3. *Perfugatos antea. Proffigatos MS. Harl.* 4. *Afficerat MS.* 5. *Deest cum in MSS.*
medio

medio Romanis, ad libertatem redactos ¹ pristinam egregie rexisset, à suo milite non absque prodicionis nota deceptus gladio periit.

Beda. BEDA. Carausius, ² Britannis sibi per septem annos fortissime vendicatis ac retentis, fraude Fol.34. b. tandem Adlecti focii sui interfectus est. Erat enim Carausius ex pacto præclare fidelis, promissa quæque, sed & cum Scotis Convenciones & Pictis compositas, ad unguem observans, eos ad mutuum & veram frequenter concordiam per intercedentes nuncios, sæpiusque per literas adhortando. In hac, inquires eis Carausius, Infula metuendos esse Romanos nequaquam censeo, dummodo communione fideli nacionum illius varietas sub fidis adunata principibus firmam alterutris pacem observet. Sic quidem, ut non intransibus statim adversariis, priusquam fociorum habito vel amicorum concursu, repentinum præceps in bellum irruat improvide: sed, ab hostibus substractis prudenter victualibus, bello ³ quantum oporteat differatur, & sic communi deliberato caute proposito, bellandi suscipiat tempus aptum. Ob mortem interea Carausii principis pars maxima gentis Britannicæ reparato cum Scotis præhabitæ confœderacionis pacto, vel ut Adlectum occidere vel ex Britannia posset expellere nitebatur. Adlectus vero Pictos, qui foedus ante ⁴ promisi-

1. Prestinam MS. 2. Britannis Ed. pr. Et sic quoque MS. Harl.
3. Quidem pro quantum in Ed. pr. 4. Arnea, præmissum.

sum Britonibus eruperat, secum ducens, variis Britanniam afflixit incommodis: post annos tandem paucos pugnam cum eis aggrediens, post plurimas utrorumque strages, & ipse non immerito cecidit interemptus. EUTROPIUS. *Eutropius.* Post Carausium Adlectus triennio Britanniam tenuit, qui ¹ Asclepiodoti ductu ² Præfecti Prætorio oppressus est. Deinde vero genti Britannicæ bella quociens per Romanos illata fuerant, auxiliantes ei tociens fidele ferebant & Scoti subsidium, adversus quoque Britones Romanis opem assidue Picti dabant. Separabat autem Pictos à Britonibus Adlecti calliditas, qui se invicem deinceps usque Galliarum Imperatoris Maximi tempus alternis cædibus vastabant. Ad Imperatorum recitando successiones redeamus.

De Successione Galerii & ³ Constancii Imperatorum, & bello —

CAPITULUM XLI.

VERUM periclitante republica sub Augustis Dioclesiano & Maximiano supraddictis, coadjutores sibi duo creantur, Constancius viz. Magni Constantini pater, qui Claudii nepos ex filia fuit, & Galerius Maximinus. Quos ut eis eciam affinitate conjungerent, Dioclesianus Galerio filiam suam Valeriam atque Constancio Maximianus Theodoram, suam pri-

1. *Antea, Asclepiodori.* 2. *Deest Præfecti in MSS.* 3. *Constanciæ MS.*

vignam, uxores dederunt. De Theodora vero
 Fol. 35.a. Constancius septem filios Constantini fratres
 genuit, qui tandem ad oppressam ab Alemanniis
 Galliam, ¹ Britanniamque laborantem civilibus,
 à Maximiano missus est. Gallias autem pacifi-
 catas pertransiens secessit in Britanniam, &
 tres secum transducens legiones, non bello, sed
 belli quidem formidine, Britones faciliter Au-
 strales ad pacem coëgit. Albanicis vero Brito-
 nibus & Scotis bellum indicens, Pictorum in eos
 gentem, in vicinorum perniciem semper pro-
 nam, agitabat. Erat enim hiis diebus cum Diocle-
 siano militans filius Constancii Constantinus ju-
 venis, ex Helena priore ² conjuge genitus, quem
 Dioclesianus dolo perimere, stimulante Gale-
 rio, satagebat. Cujus fraude per Faustam Maxi-
 miani filiam, quam uxorem ³ duxerat, detecta,
 salvus ad patrem remeavit. Recedentes ab im-
 perio Dioclesianus & Maximianus, eosdem Con-
 stancium & Galerium successores habebant, an-
 no Domini cccvii. qui postquam creati sunt
 Augusti, Romanum imperium in duas ⁴ procu-
 rationes, Orientis scilicet & Occidentis, primi
 diviserunt. Ita ut Gallias, Affricam & Italiam
 Constancius, Galerius Illiricum, Asiam, & Ori-
 entem optinerent. Constancius tamen Augusti
 dignitate cum Galliis contentus, regendi quidem

1. *Potius, cum MS. Harl.* Britanniamque bellis laborantem civ.
 2. Sive concubina, *addit MS. Harl.* 3. Duxerit *MS.* 4. Porcio-
 nes *MS. Harl.*

Italiae sicut & Africae sollicitudinem recusavit. Sicque biennio Galerius imperium solus tenuit.

BEDA. Constancius, qui vivente Dioclesiano *Beda.* Galliam Hispaniasque regebat, vir summæ mansuetudinis & civilitatis, in Britannia morte obiit. Hic Constantinum filium ex Helena Concubina procreatum Galliarum reliquit Imperatorem.

De successione Magni Constantini Imperatoris, & ejusdem avunculo Thraherio per Scotos —

CAPITULUM XLII.

EUSEBIUS. Igitur Constantinus, ex Helena Constancii Concubina genitus, anno Domini cccix. pervasit imperium, & regnavit annis xxxi. cum mensibus x. qui statim post mortem ² patris, animo totum imperium invadendi, collectis Gallorum, & quotquot Britonum habere potuit, versus Italiam profectus est. Interim excitato Romæ tumultu Prætoriani Maxencium Maximiani filium Augustum nuncupaverunt. EUTROPIUS. *Eutropius.* Eo tempore respublica per quatuor tuebatur Imperatores, Constantinum & Maxencium, Augustorum filios, Licinium & Maximinum novos homines. Constantinus quoque post assumptum imperium anno quinto Maxencium vicit, Italiaque potitus est; *Fol. 35. b.* anno deinde ix. Maximino fortuita morte prævento, Licinium, cui soror ejus Constancia nupta fu-

1. Thraherii MS. 2. Primus pro patris in Ed. pr.

Johannis de Fordun

erat, navali terriftrique bello victum interficiens, totum optinuit imperii principatum. Anno sui regiminis x. Romæ Petri .Cathedra Sanctus Papa Silvester fedit, nacione Romanus, qui dictum Imperatorem à lepra baptizando mundavit, ex quo pacem deinceps accepit Ecclesia, quæ, secundum omnes historicos, à tempore Neronis continua turbine perfecucionis laborabat, quamvis crudeliores ceteris decem annotentur. Nam ad hunc Silvestrum exclusive quotquot Romæ præfuerunt Ecclesiæ Pontifices, excepto duntaxat Marcho, Martires extiterunt. Victi sunt hiis diebus in Britannia per Britones Romani cum Gallis, quos ad ipsius tutelam Constantinus transmiserat, sed nullatenus expulsi, ¹ quoniam ad eorum mittebantur præfidium legiones aliæ, quæ, sub jugo redactis Britonibus, clade misera Scotos eciam lacera-
bant. Inter hæc vero Britannici generis Octavius nomine dux quidam, insperate primo cum paucis insurgens, legionum duces atque Patricios simul Prætorio confedentes extinxit. Igitur ad eum mox omnes indigenæ, libertatis gradum volentes ascendere, subito confluunt, ac suum unanimes in regem, hostibus ex Insula dejectis, erexerunt. Deinde mittuntur adversus eum & aliæ legiones duce ² Traherio, à quo victus Scociam adiit, & Scotos, Pictos eciam, quos Britones eatenus hostes habuerant, firma

1. *Antea*, quia. 2. Traherii *MS.*

pace compositos, Britanniam rediens, secum
¹ adduxit, ac ipsum Traherium, cui Britonum
 penitus obtiterat omne robur, interfecit.

*Quod Octavius Rex Britonum tripharias Insulæ gen-
 tes, videlicet Scotos, Britones & Pictos, ad uni-
 tatem pacis &c.*

CAPITULUM XLIII.

IGITUR folio regni sublimatus Octavius,
 ad veræ pacis unitatem, ut dudum Carau-
 sius, Insulæ tripharias gentes, Scotos viz. Bri-
 tones & Pictos, verus intercessor existens, re-
 duxit; promisit insuper ex pacto se suosque
 semper ad eorum defensionem pronos juvamen
 impendere, si secum adventantes contra Ro-
 manos dimicarent, cum opus fuerit, & hoc idem
 quisquis eorum confirmavit alteri sacramento.
² Quod utique convencionis foedus ex omni
 parte fideliter aliquamdiu servatum est, & usque Fol. 36.a.
 cujusdam tyranni tempus, cui nomen Maximus,
 cujus crudeli dolo tyrannidis ab invicem dictæ
 gentes separantur, & in nichilum pene, sicut infra
³ declarabit historiæ veritas, rediguntur. Con-
 stantino quoque Nichomedia ⁴ discedenti tres
 filii successerunt, Constancius viz. Constantinus
 & Constans, anno Domini CCCXL. Constancius
 Romanum adeptus est imperium, Constantino-

1. Abduxit, ac ip. Traherii, *MS. Harl.* 2. Quomodo utique *antea.*
 3. Declarabat *MS.* 4. Sic *MS.* Decedenti *Ed. pr.* Sed decedente *in*
MS. Harl. poli

poli vero Constantinus regnavit, & apud Antiochiam Constans. Constantinus interea dum fratri bellum inferre vellet occisus est. Constantem quoque Magnencius apud castrum, cujus Helenæ nomen est, interemit, imperii anno xvii. Constancius autem, vir egregiæ tranquillitatis, cum annis xxiv. [¹ *al.* xxviii.] regnasset, ad bellum civile contra Julianum Apostatam conversus, inter ² Siciliam & Capadociam obiit in ³ itinere. Anno quidem hujus Constancii xvi. Maximus, de quo superius est tactum, ab eo regendi Gallias accepta potestate, cum legionibus proficiscens prodicione quorundam Britonum allectus, relictis in quiete Gallis, Britanniam cum suis copiis venit, Gallis pariter & Romanis. Hic ex Imperatorio genere descendens, Constantini viz. Magni consanguineus, partem imperii sibi competere calumpniabatur. In ⁴ chathalogo Principum Romani generis, qui dominabantur Britonibus, legitur, quod ab anno Graciani primo, & deinceps, apud Britones regnaverit Maximus annis xxxiii. hoc est, ab anno Domini ccclxxxi. & sic ad annum quintum Imperatoris Honorii vixisse diceretur. Sed hoc nullatenus stare putatur, quia Theodosii Senioris anno secundo, qui dominicus est annus ccclxxxviii. idem Maximus, propter iniquam mortem Graciani,

¹. *Inclusum supra lin. legitur, scriptum, ut videtur, ab eadem manu.*
². *Ciciliam MS.* ³. *Itinere MS.* ⁴. *Sic.*

quem

quem prodicione magis quam bello peremerat, apud Aquileiam à Theodosio captus est, & occisus; patet igitur verius, quod anno Constantii XVIII. Domini viz. CCCLV. Maximus hostiliter Britanniam intraverat debellandam.

Quod Conanus nepos Octavii, Scotos & Pictos¹ bellando duxit contra tirannum Maximum, Constantini Magni consanguineum.

CAPITULUM XLIV.

IPSI tyranno quoque Maximo venienti Britanniam, primo nutu pars maxima Britonum adhæsit, sed hii præcipue, quos, ut patriam invaderet, invitatores habuit, pars vero residua firmiter cum Octavio permanebat.² Deinde Britannia civile bellum inter eos commotum est, & hinc inde conflictus varii. Maximus tamen potiori bellorum fine potitus est. Conanus autem Brito Regis Octavii nepos, cujus³ administrationem belli gerebat, secessit in Scociam, & ⁴ socios Albaniam, Britones, Scotos & Pictos, & aliis undique collectis auxiliis regressus, & bellum cum Maximo committens victus est. Unde desperatus Octavius rex triumfanti Maximo sese dedit. Ad Scociam nichilominus iterum Conanus refugiens, ⁵ copiis iterumque

1. Bellandum *MS.* 2. Sic *MSS.* non, deinde in Britannia, cum *Ed. pr.* 3. Administrationes *Ed. pr.* 4. Hæc forte exprimi debent in casu auferendi. 5. Copiisque refociatis *MS. Harl.*

refociatis ad bellum properans, ¹ adhærencium Maximo Provincias trans Humbrum clade vastando gravissima contrivit. Bellorum vero strages inter eos continuæ trium annorum durabant spacio, quibus Scotorum vires tantis attenuantur ² incommodis, quod secum deinceps ad certamen ³ secum se conferre nequaquam posse dixerunt; quia suæ nobiliores gentis quamplurimos bellis prioribus amisissent. De pace vero tractanda salvis omnino confœderationibus consilium dabant. Præcavescentes autem & hii, qui Conanum extollere volebant, Britones, ne suo sine consensu Scoti cum Maximo pacem secreto conficerent, eciam socios, sine quibus minime bella subsistent, à suo videntes subsidio deficere, pacem & illi continuo, quam ipse sæpius expecit, inierunt. GALFRIDUS. Redibat igitur Maximus commissis proeliis quandoque cum triumpho, quandoque superatus abibat. Denique, cum alter alteri dampnum maximum intulisset, concordiam annuentibus amicis fecerunt. ⁴ Hinc Maximus per anni spacium firmam ⁵ simulando pacem habere cum Scotis, ut primo tractatu sub fide Conano promiserat, regem Pictorum & populum occulte sibi callida societate connectens, adversus eos bella movendum fallaciter ⁶ excitavit. Intendens vero po-

Galfridus.

1. Adhærentes cum Maximo *Ed. pr.* 2. Incommodi *MS.*
 3. *Deest hoc posterius secum in MS. Harl. Et recte.* 4. *Antea,* huic.
 5. Simulando *MS.* 6. Exitavit *MS.*

pulum utrumque sub sua fervitute deducere, caute primo divisit ab invicem, ut postmodum facilius vincere posset; quia quos insuperabiles communi potencia conjunctos noverat, dolo superatos vincere proposuit, cujus propositi statim effectus, & in brevi postea sequebatur.

Quod Britones cum Pictis, duce Maximo, Scotos à regno dejecerunt.

CAPITULUM XLV.

IMMEMORES deinde confecti foederis, quod olim agente Carausio nec frustra Scotis Picti pepigerant, eorum illico Provincias non solum cum Maximo conjuncti Comites, verum etiam duces præcipui ceteris per omnia crudeliores vastabant, & interceptos vel populando quoscumque, vel conflictu majores, omni spreta redemptione, trucidant, inermi nequaquam vul-^{Fol.37. a.}go parcentes vel inbelli. Omnis vero Britannicæ gentis aggregata potestas, ut eos deleret, Pictis adhærere non distulit, solus Conanus & sui, quamvis obprobrium à Maximo cum indignacione tulissent, à prædis se continent & cædibus, nec eis assensum¹ tantummodo dare volebant aut juvamen. Me dudum eis, Conanus inquires, & ipsi fidem perpetui foederis michi fecisse commemoro, quam violare nullatenus honeste valeam, quemadmodum inviolatam ha-

1. Tantum dare *MS. Harl.*

ætenuſ ut illi fideliter obſervarunt. Nephanda deinceps inter eos bella multo prioribus ſævi- ora reſurgunt, quibus, poſt modicum adhuc tempus, non confectorum ſenio, fugencium vel ubera parvulorum, muliercularumve partu proximo quicquam hinc inde miſeretur, ſed cujuſque ſexuſ univerſi, quos vel interciperent, hac clade miſera conſumpti ſunt. Quid plura?

Verſus.

*Finalis demum Pictis victoria ceſſit,
Amplius in bello nequeunt reſiſtere Scoti.
Qui probitate ſolent armorum gentibus eſſe
Contiguſ terror, hoſteſque fugare ſuperbas,
Subdere vi terras, victores jura tueri,
Fœdere conjunctis & opem conferre potenter,
Jam latitant derelicti, ſit nulluſ amicuſ;
Fugantur gladio, cæduntur & exiliantur.
Hoſtiſ & eſt plebi judex, generoſa propago
Exulat, heu! regni cum principe viſ perit omniſ.*

Cecidit autem hiis diebus in bello rex Scotorum Eugenius cum filio, multique cum eis Principes & reguli, vulgus eciam innumerabile: ſed & reliqui, qui bello ſupererant, relictis prædiis, ſubefſe cum populo vel hoſtibus fervire nolentes, ¹ elegerunt in terram pociuſ alienam velud advenæ degentes liberi, quam propria ſubditi vivere continua ſervitute. ² Echoth quoque regis frater cum ſuo filio, cui nomen Erth, aliifque pluribus Hiberniam peciit. Alii vero Nor-

1. Eligerunt MS. 2. Ethaich MS. Harl.

guegiam. Infulas itaque quidam petentes per omne tempus latebant excidii, præter quas omne regnum, circa Dominicæ tempus Incarnationis, ¹ annum viz. CCCLX. amiserunt.

*De translacione reliquiarum beati Andreæ Apostoli
per Constancium de Patras.*

CAPITULUM XLVI.

IDEM quoque circa tempus Constancius Imperator, filius Magni Constantini, de quo præmissum est, anno regni sui xx. zelo Christianæ Religionis ductus & speciali devocione, quam erga beatum Andream Apostolum antea diu corde conceperat, stimulatus, facto complere desiderans, regionis Achaia civitatem Patras, qua passus est Apostolus & sepultus, adiit, Fol. 37.b. & suas inde reliquias manu valida furripiens, in maxima læticia cum ymnis & canticis VII. Idus Maii Constantinopolim transtulit, ac thecis ibidem aureis & argenteis summo locavit cum honore. Achaia quidem est una de septem Græciæ Provinciis, & Infula pene; nam absque Septentrionali sua parte, qua Macedoniæ jungitur, est undique mari ² circumsepta. Erat enim beatus Andreas Apostolus Christi vocacione primus, in ordine secundus, aut certe tercius, colore niger, decorus aspectu, statura mediocris, barbam habens prolixam, cujus quorundam

1. Circa annum *MS. Harl.* 2. Circumcepta *MS.*

offium de Patras ad Scociam translatio sequitur in hunc modum. Accidit autem, ut divino nutu, tertia nocte priusquam Imperator civitatem est ingressus, Angelus Domini cuidam sancto viro timenti Deum Abbati, nomine ¹ Regulo, ² reliquiarum custodi, dicens: Applica tibi fratres ydoneos, & pergens ad Sarcophagum, quo beati Andreae Apostoli recondita sunt ossa, tolles inde dextræ manus tres digitos, & os brachii dependens ab humero, dentem unum, & genu patellam, ac ubi monstravero tibi caute custodias, donec rediam. Qui mox, electis fratribus accersitis, omnia, velud sibi præceptum est, ossa secum deferens, in secreciori loco per Angelum condidit assignato. Veniens igitur expeditis legionibus Imperator post biduum civitatem opibus evacuando captivat, & acceptum, in quo condebantur reliquiæ, scrinium, decenti veneratione Constantinopolim afferri jussit, se ipso pariter cum exercitu comitante.

Quod Angelus Domini beatum Regulum mandavit, ut, acceptis reliquiis, circiales mundi partes adiret.

CAPITULUM XLVII.

TRANSCURSIS demum annis aliquot Angelus iterato cœlestis ad Abbatem re-

1. Hæc de S. And. Regulo, & aliis, habentur in fine Bedæ, in exemplari com. de Aylesb. in margine Codicis nostri Galeani, à manu recentis. 2. Potius. cum MS. Harl. reliquiarum apparet custodi.

versus Regulum, hoc illi mandatum vultu terribili quod sequitur in omnipotentis Dei nomine tradidit & hiis verbis. Resumptis, inquit, beati Andreae Deo dilecti, quas me nuper docente reservasti, ¹ reliquiis, ² Sanctorum coetum laudabilem assumens comitivam, occiduas partes sub ³ leonis circio, mundi finem, adire non differas; & quocumque locorum qua tranfveheris carina Deo volente naufragio ⁴ periclitet, te tamen & fociis in incolumitate persistentibus, ibidem tui laboris ⁵ excursum aut longioris faltem ⁶ itineris scias feliciter consummatum. Caveas ⁷ insuper, nec hujusmodi sis mandati negligens aut immemor, ⁸ quin & eodem loco, divini nominis ad honorem, & Apostoli sui Fol. 38. a. sancti perpetuae veneracionis laudem, firmiter Ecclesiae fundamina jaceas; quia futurum est, ut, sicut ejusdem vivet praedicationis sonitu, quod non ignoscis, dudum Oriens, ita reliquiarum ejus scias veraciter signis fiendis & totum Occidens pro perpetuo decorari. Erit enim locus ille ⁹ quoniam electus a Deo sempiterna sedes Apostolica, firma siquidem fidei petra, nec immerito, quia beati Petri fratris, cui dixit Dominus tu es Petrus &c. itaque regni, quo situm habeat, immobilis erit & tenax anchora,

1. Reliquias *MS.* 2. *Antea*, Scotorum totum *pro* Sanctorum coetum. 3. Aquilonis *pro* leonis *in MS. Harl.* 4. *Potius*, periclitetur, *cum MS. Harl.* 5. Extensum *pro* excursum *in Ed. pr.* 6. Itineris *MSS.* 7. Insuper, ne hujusmodi *MS. Harl.* 8. *Antea*, quia. 9. Quidem *pro* quoniam *in Ed. pr.*

cunctisque fidelibus, præcipue regibus & ceteris terræ ¹ potentibus, ob devocionem Apostoli, percelebris, quorum prædiis habunde ditabitur & muneribus. Veniencium igitur ibidem peregre diversis ex mundi finibus, ut corporis salutem & animæ recipiant, catervæ crebro fidelium, adeptis mirifice petitis, ad propria gaudentes ² redient, & Deum in Apostolo, qui semper in suis gloriosus est sanctis, voce magna collaudantes. Et hiis dictis Angelus ab eo disparuit, & ejus ad exequenda mandata beatus Regulus se convertit. Igitur divinis volens obtemperare præceptis, prudentibus viris ac religiosis ad se vocatis, sciencia, ³ moribus præclaris, quos & pridem angelica ⁴ singillatim exhortacio præmonuit suæ peregrinacionis fieri participes, secum ad navem sacras deferens reliquias mare peciit, partes adire paratus circiales. Hæc autem hujus comitivæ Sanctorum sunt nomina quæ sequuntur: Primus ⁵ vero Sanctus Abbas Regulus, & Sanctus Damianus Presbiter. Gelasius & Thubaculus diaconi, ⁶ Merinacus frater Sancti Damiani. Nerius & Eufenius de Cretha, Mirenus, ⁷ Machabenus, & Silvius frater ejus. Heremitæ quidem octo, viz. Felix, Sajanus, Mathæus, Mauricius, Madianus,

1. Potentatibus *MS. Harl.* 2. Sic *MSS.* Redibunt *Ed. pr.* 3. Moribusque præclaris *MS. Harl.* 4. *Ansea*, sigillatim. 5. *Malim*, videlicet *pro vero*, è *MS. Harl.* 6. *Ansea*, Merinatus. 7. Machabeus *MS. Harl.*

Philippus, Lucius & Eugenius. Ac Virgines Sanctæ tres de Colofia, viz. Triduana, Potencia, & Emeria.

Quod beatus Regulus cum reliquiis naufragus primo Scociam advenerat.

CAPITULUM XLVIII.

HII quoque viri sanctissimi cum virginibus refertam ¹ quibusque necessariis ingressi naviculam, æquoreo tramite Mediterraneo fines Europæ ² circuiunt, quousque fitas Oceano multis fatigati laboribus venirent ad Insulas sub Occasu. Cumque spacio duorum pene fuissent annorum, ut aura duce contigerat, freto non cognito vagantes, ignari quid agerent, ab Oriente subito ventus vehemens & Fol. 38. b. solito validior in velum irruit, cuius impetu regno Pictorum inter scopulos Albionis Insulæ, velut ab Angelo prædictum fuerat, ratis impulsa conquassatur. Confortatus tamen à Deo beatus Regulus, incolumis ad terram cum fociis iv. Kal. Octobris, Dominicæ crucis prælato signaculo, gaudens aggreditur, & ibidem in nemore Porcorum, quod patria lingua ³ Mucrossis dicitur, ad honorem Apostoli basilicam postea dedicavit. In quo loco reliquiarum attactu multa fiebant, eciam hætenus stupenda fiunt

1. Quibusvis *MS. Harl.* 2. Circuiverunt *Ed. pr.* 3. Mucros *MS. Harl.*

miracula, qualia post fidei suscepcionem in Insulis visa nequaquam eatenus vel audita sunt, utpote cæcis ab utero daretur visus, mutis sermo, gressus claudis, & omnibus pie suffragium Apostoli petentibus, à quacumque tenebantur infirmitate, medela protinus, Deo miserante, largiretur. Crebrescentibus hujusmodi quotidie miraculis occurrunt undique nacionum populi cum muneribus, immensas Deo laudes, comploris manibus, de tanto patrono suppliciter extollentes. Illius autem eo tempore regionis rex Hurgust, filius ¹ Forgii, loci delectatus sanctitudine, suum inibi palacium juxta basilicam ædificans, beato Regulo suisque fratribus terras quasdam pro seminandis frugibus in elemosinam perpetuam excolendas concessit. Cujus exemplo posterius reges, ut suæ devocionis dictabat affectus, quamvis in modico, possessio ² tamen augebatur, usquequo rex Hungus, qui post annum octingentesimum Incarnacionis Dominicæ Pictos rexit, decimam regni partem beato Andreae tradidit, ob opem mirabilem in expeditione sibi collatam contra Saxones, ut libri quarti decimotercio capitulo patet & decimoquarto. In forma quoque monasteriali fundata cellula, deputatisque reliquiarum custodibus, beati viri prædicando per patrias exiere, non equites, sed, ut dudum Apostoli, per binos

1. Forgso *MS.* Ferguso *MS. Harl.* Sed Forgii in margine Codicis nostri, à manu Hæctoris Boëthii. 2. Antea, tum.

& binos verbum Dei gentibus ubique feminandum, innumera signa miraculose facientes. Cum igitur has in fide gentes doctrinis coelestibus imbuisent, & signis confirmassent variis, beatissimus Abbas Regulus post annos triginta duos, postquam ¹ naufragus in Albion advenerat Insula, quibus ² evangelicum opus exercens, mirifice Deo complacuit, apud Kilremont, à ³ Mucrosis per regem mutato nomine, plenus Fol. 39. a. dierum obiit & grandævus.

Quod Maximus, postquam Scotos à Pictis separatos bello contriverat, etiam & Pictos subegit.

CAPITULUM XLIX.

RUPTI namque foederis gens ipsa Pictorum, cum Scotos à regno callide per eam deceptos expulisset, impunis postmodum diu non ⁴ exstitit. Nam & ejusdem Maximi tyrannidem statim postea persensit, & ex eodem liquore felleo, quem fociis nequiter propinari ⁵ composuit, etiam & ipsa nec immerito potavit. Igitur tyrannus idem Maximus, dum Scotos à regno penitus noverat exactos, totius potentiae robur in Scociam repente conduxit, & Pictos, priori bello multum à Scotis debilitatos, & pluribus oppressos bellis, servire coëgit, eorum cunctis municionibus, etiam Scoto-

I. *Ansea*, naufragiis in Albioni. 2. Evangelicum MS. 3. Mucros MS. Harl. 4. Exstetit MS. 5. Proposuit MS. Harl.

rum quas ipsi ceperant, captivatis. Interea Constancius Imperator, adversus patrum filium Julianum Apostatam, regnare molientem, ad bellum civile conversus, post annum imperii vicesimum quartum, inter ¹ Ciliciam obiit & Capadociam in itinere. Quo mortuo Julianus ad Imperatoriam accessit dignitatem, anno Domini CCCLXIV. & imperavit anno uno cum octo mensibus, alibi tamen annis tribus. *EUTROPIUS* quoque septem tradit; erat enim magni Constantini nepos, qui Bizanciam de suo nomine Constantinopolim vocari præcepit. Habuit enim Constantinus duos ex eodem patre, sed non ex eadem matre germanos, Dalmachium scilicet & Constancium, qui vero Constancius istum genuit Julianum. Sub eo passi sunt Sancti Damianus, Gordianus & Epymachus, Johannes & Paulus, & plures alii Sancti. Post necem vero Juliani, quem sanctus martir & miles Mercurius, sicut Sancto Basilio revelatum est, peremit, accessit ad imperium Jovinianus, & imperavit mensibus octo. Deinde magnus Valentinianus imperio successit, anno, secundum Paulum Diaconum, ab urbe condita MCXVI. &, secundum Hugonem, anno Domini CCCLXVII. Romanorum Imperatorum in computatione tricesimus octavus, & imperavit annis XI. Hic non solum corporis fortitudine, sed & prudentia, temperancia, atque justitia,

1. Ceciliam *MSS.*

corporisque magnitudine præfulgebat. Cum idem antea sub Augusto Juliano fidem Christianitatis integram gerens, scutariorum tribunus esset, jussus ab Imperatore sacrilego vel idolis immolare vel cedere milicia, sponte decessit. Nec mora, cæso Juliano, Jovinianoque mortuo, idem Valentinianus, qui pro Christi nomine Fol. 39. b. tribunatum amiserat, in locum sui persecutoris imperium accepit. Valentem vero fratrem in communione regni suscepit, & filium Gracianum anno regni tercio sustolli fecit Imperatorem. SIGIBERTUS. Hoc tempore Maximus, Sigibertus. qui per tyrannidem Britanniam invasit, Scotos & Pictos eam incurfantes superavit, & regis Octavii ¹ filia assumpta conjugio, se regni diademate consignavit.

De præsumptione Maximi contra Romanum imperium, & ejus interitu. Et de Conano, rege primo Minoris Britanniae.

CAPITULUM L.

POST QUAM Valentinianus apud ² Brigionem, ³ Quadorum opidum, subita sanguinis effusione, quæ dicitur apoplexis, expirasset, ejus frater Valens cum nepote Graciano III. annis & VI. mensibus imperavit. Quo Valente per Gothos in vili casula cremato, remansit

1. Filiam assumptam MSS. 2. Sic MS. Brigitionem Ed. pr.
3. Squadorum MS.

Johannis de Fordun

Gracianus Imperator cum Valentiniano juvene fratre suo; coepit anno Domini CCCLXXXI. & imperavit annis sex. Coadjutorem vero sibi Theodosium Augustum fecit, qui post ipsum Gracianum occisum à Maximo, solus imperavit annis XI. cum jam in Orientis partibus sex annis Graciano vivente regnasset; coepit anno Domini CCCLXXXVII. Porro Maximus, qui merito Maximus, si tyrannorum addatur, dici posset, in regni Britanniae sublimatus fastigio, cum suae dolo calliditatis & potencia Scotos à Pictis fociis nequiter circumventos, ac trufos in exterminium, eorumque victores Pictos suo cernebat subditos dominio, superbire coepit, & contra Romanum imperium suam tyrannidem exercere. Nam, ¹ divulgata morte Valentis, non obstante quod Valentiniano jam dudum & filio suo Graciano regnantibus firmatam sacramento fidem fecisset, arrepta tyrannide purpuram induit, & Dionoto tribuno pro judice Britannis relicto, omnes Galliarum regiones, quas sub eisdem Augustis regendas acceperat, imperio sublata usurpavit. Heredem se dicebat magni Constantini, ideo quod Gallis ad minus imperare deberet ac Britonibus contendit. Gallica deinde regna postquam optinuit, Armoricum regnum Conano Meriodok pro Britannia ² reciprocum, anno Domini CCCLXXXVI. tradidit,

1. Divulgato MSS. 2. Sic MSS. non, ut in Ed. pr. recuperatum.

& expulsis indigenis promiscuo sexu Britannici generis illud restaurans, Minorem deinceps Britanniam nominavit. Timuit enim, ne, Conano Fol. 40. a. rediunte Britanniam, cum eo Britones contra suæ majestatis potenciam, ut soliti semper adversus extraneos, tumultu confurgerent; ipsum igitur cum aliis sibi suspectis proceribus secum transduxit ad Gallias, quos cum multis plebanorum milibus ¹ ex Insula deductis Minori locavit in Britannia. B E D A. Maximus, vir quidem Beda. Augusto dignus, nisi contra fidem ² emerisset, in Gallias transit, ibique Gracianum dolo circumventum occidit. Theodosius insuper anno regni sui secundo, vel, secundum alios, primo, beneficiorum Graciani non immemor, hostem illum Maximum trucem ac formidabilem occidit apud Aquileiam, ac Valentinianum fratrem Graciani restituit Occidentis ad imperium. S I G I - Sigibertus. B E R T U S. Tempore Theodosii Senioris Sanctus Patricius Scotus in Hibernia cum sororibus venditur, ubi cum Reguli ³ cujusdam Porcarius esset, ⁴ Angeli sæpius alloquio fruebatur.

1. Ex deductis Insula *MS.* 2. Marisset *MS. Harl.* 3. Cujusdem *MS.* 4. Angelico *antea.*

De Christianissimis actibus Imperatoris Theodosii Senioris, & ejusdem uxoris Placellæ.

CAPITULUM LI.

Hugo Floriacensis. **H**UGO FLORIACENSIS. Denique Christianissimus Imperator Theodosius contra gentilium errorem insurgens, eum evertere funditus destinavit. Lege primo data præcepit idolorum templa solo tenus everti. Ante sui temporis imperium magnus Constantinus, qui primus pietate morum ornavit imperium, sacrificare dæmonibus interdixit, non tamen eorum evertit templa, sed inaccessibleia fore præcepit. ¹ Cujus filii paterna sunt secuti vestigia. Julianus autem eis succedens impietatem renovavit, & veteris flammam erroris reaccendit. Interemptoque Juliano, Jovinianus imperium affecutus, immolaciones rursus prohibuit idolorum. Valens denique cunctis imperii Romani gentibus concessit, ut religiones suas colerent sicut vellent, illos impugnans solummodo, qui dogmata non suscipiebant Arriana. Sic quidem & usque tempus hujus nobilis Theodosii, & ad idolorum aras ignis accendebatur, & libamina atque sacrificia offerebantur; sed & publicas festivitates populi per plateas agebant, & orgia Dionisii celebrabant, atque cum sacris currebant eviscerantes canes, & furentes age-

1. Cujus quidam filii *MS. Harl.*

bant

bant omnia, quæ nequicia proprii erroris insinuat. Sed hæc omnia Catholicus Imperator Theodosius extirpare radicitus imperavit, & evulsa corripuit & condempnavit. Imperatrix Fol. 40.b. uxor sua Placella claudorum, cæcorum, atque debilium maxime habebat curam, non servis non aliis utens ministris ad hæc officia peragenda, sed per semetipsam hæc agens ad eorum habitacula veniebat, unicuique quod opus habuit præbens, & per Ecclesiarum¹ Xenodochia discurrens suis manibus infirmis ministrabat. Ollas eorum extergens, jus gustans, offerens colearia, panem frangens, cibos ministrans, calices gustans, & alia cuncta faciens, quæ servis & ministris mos est solempniter operari, faciebat. Illis autem, qui de rebus eam talibus prohibere nitebantur, dicebat: Aurum autem distribuere imperii opus est, ego autem pro ipso imperio hoc opus offero michi bona tribuenti. Sed & viro suo sæpe dicebat, oportet te, marite, semper cogitare quid dudum fueris, & quid modo sis. Nam si semper hæc cogitaveris, ingratus Deo benefactori tuo non eris, sed imperium, quod eo largiente suscepisti, per omnia legaliter gubernabis. Hiis autem & hujusmodi sermonibus optima mulier sedulo virum suum proficere virtutibus hortabatur.

1. Cenedochia *MS.*

Johannis de Fordun

*Quod, mortuo tiranno Maximo, Scoti regnum
 1 recipere cœperunt.*

CAPITULUM LII.

THEODOSIUS autem, bene tranquillata republica, apud Mediolanum naturalis mortis quietem invenit. Cui successerunt duo filii, quos ex eadem Placella genuit, Honorius & Archadius, anno Domini ² CCCXCVIII. simulque regnabant annis XIII. Eorum anno secundo dicit SIGISBERTUS Sanctum obiisse Martinum, sed Prosper eorum anno quinto. Istorum vero temporibus Imperatorum diu prostrata lateque dispersa Scotorum nacio, post mortem Maximi statim resurgere cœpit, & ex illatis sibi tanto tempore per hostes injuriis ulcionem expetere condignam intendit. Cum igitur à Theodosio peremptus fuisset Maximus, ejusque filius Victor nomine, quem imperandum Gallis, dum ad Italiam tenderet, reliquit, eciam ab eo fuerat extinctus, necnon & comes suus Andragacius hiis auditis ex navi præcipitem sese dedisset in mari, nec ulterius ejus familiæ ulla spes iterum respirandi fuerat, Gracianus muni-
 Sigisbertus.

1. Recuperare *MS. Harl.* 2. CCCXVIII. *Ed. pr.* 3. Sic *MS. non,*
cum Ed. pr. Britannia. *At Britannis in MS. Harl.*

perperam aliquid in eos ageret, post creacionem mox percussus occubuit. PAULUS ET BEDA. Apud Britannias loco Graciani Constantinus ex ¹ infinita milicia, propter solam spem nominis sine merito virtutis, eligitur. Qui Gallias transiens detrimento reipublicæ magis fuit quam augmento, Constantemque filium, ex monacho Cæsarem factum, Hispanias misit. Quod audiens Honorius, dum ² vires reipublicæ continuis vexari cerneret incommodis, ³ generum suum Constancium comitem, virum strenuum, ad Gallias cum exercitu misit. Ubi mox ingressus Constantinum apud Arelatem extinxit. Constans vero filius ex monacho Cæsar à Geroncio comite Vienna peremptus est. Hos vero patrem & filium Galfridus in Britannia prodicione Pictorum docet occisos, cujus eciam variæ tenent historiæ contrarium.

1. Infima MS. Harl. 2. Jura pro vires in Ed. pr. 3. Generem MS. & Ed. pr. Sed generum plane in Cod. Harl.

Explicit Liber Secundus.

Incipiunt tituli Libri Tercii.

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that this is crucial for ensuring the integrity of the financial statements and for providing a clear audit trail. The text notes that any discrepancies or errors in the records can lead to significant complications during an audit and may result in the disallowance of certain expenses.

2. The second part of the document addresses the issue of proper documentation. It states that all receipts and invoices must be properly filed and indexed. This not only facilitates the audit process but also helps in the identification and correction of any missing or incomplete records. The document further explains that the lack of proper documentation can be a major red flag for auditors and may lead to the questioning of the validity of the underlying transactions.

3. The third part of the document focuses on the importance of timely reporting. It highlights that delays in submitting financial reports can hinder the audit process and may lead to the imposition of penalties. The text advises that all reports should be prepared and submitted by the specified deadlines to ensure a smooth and efficient audit process. It also notes that timely reporting is essential for the management to stay informed about the financial health of the organization.

4. The fourth part of the document discusses the role of internal controls. It explains that a robust system of internal controls is essential for preventing and detecting errors and fraud. The document provides a list of key internal control areas that should be reviewed during the audit, including the segregation of duties, the authorization of transactions, and the reconciliation of accounts. It stresses that a strong internal control system is a key indicator of the reliability of the financial statements.

5. The fifth part of the document concludes by emphasizing the importance of communication between management and the auditors. It states that open and honest communication is essential for the success of the audit. Management should provide all necessary information and answer all questions from the auditors. The document also notes that the auditors will provide a detailed report of their findings, and management should take appropriate action to address any identified issues.

